

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + Keep it legal Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/







. .

.

•

POENULUS.

CUM

VARIIS LECTIONIBUS CODICIS AMBROSIANI, DECURTATI ET PARISINI

IN USUM LECTIONUM

EDIDIT

Cine Stear

BEROLINI A. MDCCCLXIV.

TYPIS TROWITZSCHII ET FILII.

Lp 26.440

`

.

.

· ·

.

1866, Dec. 18. Salisbury Fund.

-

,

•

PRAEFATIO.

Truculentum, proximo anno a me editam, sequitur Poenulus, cuius fabulae ex codice Ambrosiano exstant folia XXIV integra cum frustulis unius prope deperditi, quae textum continent inde a v. 277 usque ad 490, a v. 563 ad 594, a 626 ad 699, a 737 ad 773, a 840 ad 1053, a 1092 ad 1365, a 1404 ad 1406 huius editionis, ut indicavi in libro de codice Ambrosiano p. 27. Inde nihil adtuli, nisi quod ipse vidi et probe cognovi: quae aliis, qui hunc librum ante me tractaverunt, aliter vel quae iis praeterea exstare visa sunt, praecipue in locis punicis, sciens praetermisi. Usus tamen sum opera Guilelmi Studemund, qui, Mediolani degens, de rebus quibusdam dubiis diligentissime ad me rettulit. Codicem Decurtatum denuo perscrutatus sum: qui enim Palatinorum alterum novit, ambos noverit, praesertim si Parei et Taubmanni editiones consuluerit. Forte tamen Schwarzmanni collationibus ex codice Vetere mihi oblatis adnotationem criticam usque ad v. 100 aliquantulo augere licuit: ad textum emendandum nihil amplius profuerunt. Lectiones codicis Parisini 'ubique commemoravi: in locis punicis tamen, ubi huius libri prorsus nulla auctoritas est, codicem Veterem substitui. Punica autem ipsa ex emendatione Moversii, viri doctissimi, constitui, qui de iis peculiarem libellum edidit Vratislaviae a. 1845.

Haec habui, quae huic Poenuli editioni praemittenda esse viderentur. In Truculento tamen praeter ea, quae ad editionem ipsam adiecta sunt, etiam alia quaedam corrigenda vel addenda esse sero intellexi, quorum summa haec est: v. 94 scr. adveni p. advenio, v. 454 fortasse Quia ausa hunc p. Quae hunc ausa; non enim mihi persuadere possum, terminationem primae declinationis in a etiam in thesi a Plauto esse productam, v. 459 addendum videtur me post videtis, v. 803 scr. Ne istuc p. De istoc, v. 909, deleta Phronesii persona, scr. hercle vero serio? In adnotatione autem ad v. 29 adde V. periclamanda, D. P. perclamanda, ad v. 61 V. D. conscias, ad v. 128 codd. praeter A. omnes addunt tute ante quid agis, ad v. 131 scr. codd. ceteri sine me ire quo iussit, A. sine me ire eam quo iussit, ad v. 536 adde codd. omnes omm. et, ad 643 scr. cruminam p. abiit, ad 734 V. D. stultus quid est aperire p. aperirem, ad 792 adde codd. omnes supposuit, ad 804 V. dicere, D. diceret, ad 846 codd. omnes quamquam p. quam, ad v. 911 scr. Denique tu p. tui, non tuo p. tui. Alia leviora omitto.

Scripși Berolini m. Octob. a. MDCCCLXIV.

ARGUMENTUM.

Puer septuénnis subrupitúr Carthaginé. Osor mulíerum hunc emptum adóptat sibi senéx Et facit herèdem. Eiusce cógnatae duaé Nutrixque eárum raptae. Mércatur Lycús Vexatque amántem. At ille cum aúro vilicúm Lenoni obtrúdit itaque eúm furto alligát. Venit Hanno Poénus, gnatum hunc frátris repperít Suasque adgnóscit, quas perdíderat, filiás.

5

1. cf. prol. 66. 2. codd. omnes emptum adoptat hunc, om. sibi. cf. prol. 76. 3. codd. eius. 4. codd. omnes mercatus. 5. codd. o. ita p. itaque. 8. V. adcognoscit.

DRAMATIS PERSONAE.

AGORASTOCLES, ADULESCENS. MILPHIO, SERVOS. ADELPHASIUM. ANTERASTILIS. LYCUS, LENO. ANTHEMONIDES, MILES. ADVOCATI. COLLYBISCUS, VILICUS. SYNCERASTUS, SERVOS. HANNO, POENUS. GIDDENEME, NUTRIX. PUER.

PROLOGUS.

Achillem Aristárchi mihi conméntari lubét: Inde mihi princípium capiam ex éa tragoediá. Sileteque ét tacete atque ánimum advortité: Audire iúbet vos imperátor histricús. Exsurge, praéco: fac populo aúdientiám: (11) 5 Jamdudum exspécto, si tuom ófficium sciás. Exerce vócem, quam per vívisque et valés, Nam nisi clamábis, tacitum te óbrepet famés. (15)Age nunc resíde, duplicem ut mércedem ferás. Bonum hercle fáctum, edicta ut sérvetis meá (16) 10 (5) Bonoque ut ánimo sedeant in subselliís Et esuriéntes et qui sáturi venerínt. Qui edistis, múlto fecistís sapientiús: Qui non edístis, saturi fite fabulís. Nam quoi parátum est, quod edit, nóstra gratiá 15 (10) Nimia est stultitia sessum inpránsum incederé. Scortum exolétum ne quasi in proscenió Sedeat, neu lictor verbum aut vírgae muttiánt, Neu dissignátor praeter ós obambulét Neu sessum dúcat, dum histrio in scena siét. 20 Diu qui otiósi domi dormíverunt, decét Animo aequo núnc stent, vel dormíre temperént.

Versum 4 in codd. sequentur v. 11—16, deinde v. 5—10. 7. codd. colis: scripsi vales. 8. V. tatitum, D. P. statim. 10. codd. o. bonum factum esse. Scripsi bonum hercle factum. cf. v. 45. P. serves. 11. V. D. sedeate. 12. codd. o. Et qui esurientes, nisi quod V. D. esuplentes. D. P. et saturi, om. qui. 15. V. D. tralaticio errore paratum si p. paratumst. P. edat. 16. D. imprasum. 17. V. ne quis. D. neq. P. ne quod. Scripsi ne quasi. 18. V. D. niue. P: neve. 19. D. designator. cf. Lips. ant. lectt. 2, 19. P. praeteriens p. praeter os. 21. codd. domi otiosi dormierunt: scripsi otiosi domi dormiverunt. 22. P. sient p. stent.

1*

PLAUTI

. Servi ne obsídeant, liberís ut sit locús, Vel aes pro cápite dent: si id fácere non queúnt, Domum abeant, vítent ancipiti ínfortunió, Ne et hic variéntur virgis ét loris domí, Si minus curássint, cum eri réveniant domúm. Nutrices púeros infantís minutulós Domi ut procúrent, ne, quom spéctatum adferánt, Et ipsae sitiant et pueri pereant famé. Neve esuriéntes hic quasi hoédi obvagiánt. Matronae tácite spectent, tácite rideánt: Canora hic vóce sua tinníre temperént. Domum sermónis fabulándi conferánt. Ne et hic virís sint et domí molestiaé. Quodque ad ludórum curatóres adtinét. Ne palma détur quoiquam artífici iniuriá, Neve ambitiónis causa extrúdantur forás, Quo deterióres antepónantur, boní. Et hoc quoque étiam, quod paene óblitus fuí: Dum ludi fiunt, in popinam, pedisequí, Inruptionem facite; núnc, dum occasio ést, Nunc, dum scriblítae aestuánt, accurrité. Haec imperáta quae sunt pro ímperio bistricó, Bonum hercle fáctum, pro se quisque ut meminerit. Ad arguméntum nunc vicíssatim voló Migrare, ut aéque mecum sítis gnarurés. Eius nunc regiónes, limités, confiniá Determinábo: ei rei ego finítor factus súm. Sed nisi moléstum est, nomen dáre vobis voló Comoediái: sin odio ést, dicam tamén,

27. V. D. curasint. Deinde reveniant Bothius: codd. o. veniant. P. tum veniant, om. eri. 29. V. neu quae D. P. neuque. Scr. ne, quom. Deinde V. D. adferat, nisi quod D. afferat. 30. codd. o. Ne et ipsae. Delevi Ne. 31. V. D. aedi p. hoedi. D. obuiant. 32. V. rediant. D. redeant. 33. V. onara, D. Lanora, P. Panora. Deinde D. om. voce. Denique P. scaturire p. sua tinnire. 36. V. om. ad. 38. P. extrudatur. 39. boni, praecedente commate, Acidalius: codd, anteponantur bonis. 43. V. P. scribilitae. D. scriplitae. Scripsi scriblitae. cf. Cato de re rust. 78. Hiatum non sollicito. Deinde accurrite Acidalius: codd. occurrite. 44. V. D. quae imperata. 45. P. om. ut. 47. codd. o. Remigrare, nisi quod V. Remigare. Scripsi Migrare. Deinde P. aequi. Denique V. D. siti signa rures. P. sitis signatores. 49. finitor factus sum Muretus: codd. o. cum Non. 11, 26 sum factus finitor, nisi quod V. om. sum. 50. V. D. molestumsi non mendare. Inde P. commendare p. nomen dare. 51. V. D. comoediais (D. comediais) inodiosi, P. comediam ni odio est.

25

4

80_

35

40

45

POENULUS.

Siquidem licébit per illos, quíbus id in manu ést. Carchedoniús vocatur haéc comoediá

Latine Plaútus, πατρόθεν Púltiphagonidés. Nomen iam habétis: nunc ratiónes ceterás Accipite, nam árgumentum hoc híc censebitúr. Vos iuratóres estis: quaéso, operam daté. Locus arguménto est suom sibí prosceniúm. Carthaginiénses fratres pátrueles duó Fuere, súmmo genere et súmmis ditiís: Eorum alter vívit, alter ést emortuós. Propterea apúd vos dico cónfidentiús. Quia mihi pollínctor dixit, qui éum pollinxerát. Sed illi séni, qui mortuóst, ei filiús Unicus qui fúerat, abditívos a patré Puer septuénnis surripitúr Carthaginé, Sexennió prius equidem, quám moritur patér. Quoniam perísse sibi vidét gnatum unicúm. Coniicitur ípse in morbum ex aégritudiné. Facit illum herédem fratrem pátruelem suóm. Ipse abiit ad Accheruntem síne viaticó. Ille, qui surripuit puerum, Cálydonem avehít. Vendit eum dómino hic divití quoidam sení, Cupienti líberorum, osóri mulierúm. Emit hospitálem is filium ínprudens senéx Puerum illum eúmque adoptat síbi pro filió Eumque herédem fecit, cum spse objit diém. Is illic aduléscens habitat hisce in aedibús.

55

60

65

70

75

52. codd. o. quibus est in manu, nisi quod V. immanu. Scripsi quibus id 53. V. comoediae. Post h. v. videntur versus duo excidisse, qui in manu est. sic redintegrari possunt: Graece, latine Poenulus. Philippides Hanc graece scripsit, post id rursum denuo Latine Plautus etc. Scripsi Philippides, ut sequens natronymicum Pultiphagonides habeat, quo referatur. 54. D. P. Platus. Deinde codd o. patruus: scripsi nargo dev. 55. D. P. orationes. v. 57 in codd. commutatur cum v. 58, ubi V. sibis, D. scibis p. sibi. 60. codd. o. diuitiis. 61, V. om. 63. sicut pollinctor Fulgent. 559, 10, qui hunc versum ex Menaechmis adest. 64. codd. omm. ei: addidit Acidalius. 65. abditivus fert, codd. o. pollector. Guilelmus: V. abdiuitius, D. abdiuitus, P. abductus. 67. V. sexenni opprius, D. sexennio ob prius, P. sex annos prius. Deinde codd. o. quidem: scripsi equidem. 68. P. Qui p. Quoniam - videns p. videt. 69. V. D. Conicitur. Deinde V. improbum p. in morbum. 73. P. demum p. domino. 74. D. P. mulierem. 78. codd. o, in illisce aedibus, nisi quod V. in illis caecaediebus. Scripsi hisce in aedibus, cf. infra v. 95.

 $\mathbf{5}$

(58)

(57)

PLAUŤI

Revortor rúrsus denuó Carthaginém: Si quid mandáre voltis aút curariér, Argentum nísi qui dederit, núgas egerít, Verum qui déderit, magis maióres egerít. Sed illi pátruo huiusce, quí vivit senéx, Carthaginiénsi duae fuére filiaé, Altera quinquénnis, alterá quadrimulá. Cum nutrice úna periere: á Magalibús Eas qui subrúpuit, in Anactórium devehít, Venditque eas ómnis, et nutrícem et virginés, Praesenti argénto homini, sí leno est homó, Quantum hominum térra sustinét, sacerrumó. Vosmet nunc fácite coniectúram ceterúm, Quid id sit hóminis, cui Lycó nomen siét. Is ex Anáctorio, ubi priús habitaverát, Huc in Calydónem commigrávit, haud diu ést, Sui quaesti caúsa. is in illis hábitat aedibús. Earum hic aduléscens alteram écflictim perít Suam sibi cognátam inprudens, néque scit, quae siét, Neque eam umquam tétigit: ita eum léno macerát. Neque quicquam cúm ea fecit étiamnum stuprí Neque duxit úmquam neque ille vóluit mitteré. Quia amare cérnit, tangere hóminem volt boló. Illam minórem in concubinatum sibí Volt emere míles quidam, qui illam deperít. Sed pater illárum Poenus póstquam perdidít, Mari terráque eas usque quáque quaeritát. Ubi quamque in úrbem is est ingréssus, ilicó Omnes meretríces, ubi quisque hábitant, invenít:

80. V. D. amandare, P. demandare. 82. codd. o. magis maiores nugas egerit. Ceterum cf. prol. in Men. 51-55. 83. codd. huius: scripsi huiusce. 85. cf. Epid. 3, 4, 62 libera quinquennium. 86. Magalibus Camerarius, cf. Serv. ad Aen. 1, 368: codd. o. Magaribus. 88. V. D. om. que: uendit. Non. 397, 23 Vendit eas crinis. 89. V. D. praesens p. praesenti, nisi quod V. presaens. P. lyco p. si leno. De hiatu post argento cf. Herm. elem. p. 191. 90. P. sacerrumus. 94. in Calydonem commigravit ed. Brixiana: codd. commigravit in Calydonem, nisi quod D. Calidone. Deinde V. D. haudiu, P. haud, om. diu. Addidi est. 95. P. Nisi p. Sui. 96. D. efflictum. cf. Non. 104, 22. 97. P. sit p. siet, V. neque sit quae sit, D. neque quae sit, om. scit. 99. V. etiamnun, P. etiamnunc, D. etiam non. 101. V. D. uoli p. uolt. P. leno p. bolo. 102. D. concubinatam, P. concubinam. 103. V. D. peperit. 104. V. D. illi in p. illarum. Deinde P. postquam eas perdidit, V. D. pesquam meas perdidit. Delevi hic eas, quam vocem versui sequenti inserui. 105. V. D. Marite usque, P. Minute usque, Cam. Marique terraque usque. 106. codd. urbem est: addidi is.

80

85

90

95

100

105

POENULUS.

7

Dat aurum, dúcit noctem, rógitat postibí,	
Unde sit, quoiátis, captane án subrupta sít,	
Quo genere gnáta, qui paréntes fuverínt.	
Ita docte atque ástu filiás quaerit suás.	
Et is omnis línguas scit, sed díssimulat sciéns	
Se scire, Poénus plane est: quid verbis opúst?	
Is heri huc in portum navi vénit vesperí.	
Pater harunc idem huic patruos ádulescentulo és	
Jamne hoc tenétis? si tenétis, ducité.	•
Cave dirumpátis: quaeso, sínite transigí.	
Em! paene oblitus relicuóm sum diceré.	
Ille, qui adoptávit hunc pro fílio sibí,	
Is illi Poéno, huiusce pátruo, hospes fuit,	
Huc qui hodie véniet reperiétque hic filiás	
Et hunc sui frátris filiúm. Dehinc ceterúm	(125)
Quod restat, réstant alii, quí facient palám.	(127)
Ego ibo, ornábor: vos aequo ánimo noscité.	(123)
Valete, adéste: ibo, alius núnc fieri voló.	(126)
Valete atque ádiuvate, ut vós servet Salús.	(128)

108. D. P. post ubi. 109. V. D. quolatis, P. quo lata sit. 110. codd. fuerint. 114. vesperi Charis. p. 223 ed. Keil: codd. vespere. 115. P. harum. 118. V. D. Ehem, P. Hem. Deinde codd. o. sum reliquum. 120. huiusce Camerarius: codd. huius. Deinde patruo Loman: codd. patri. Post hunc versum autem in codd. sequuntur haec: Is hodie huc veniet reperietque hic filias Et hunc sui fratris filium, ut quidem didici ego (P. om. ego). Ego ibo (V. D. ibi), ornabor: vos aequo animo noscite. Hic qui hodie veniet, reperiet suas filias Et hunc sui fratris filium. dehinc ceterum Valete, adeste: ibo; âlius nunc fieri volo. Quod restat (V. D. restant) restant aliqui (P. alii) facient (V. D. faciant) palam. Valete atque adiuvate ut vos servet salus. Inde versus sex 121—126 concinnavi. Versus tres iam delevit Weisius.

120

115

110

AGORASTOCLES. MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Saepe ego res múltas tibi mandávi, Milphió, Dubias, egénas, inopiósas consilí,

Quas tu sapiénter, docte et córdate et caté

Quibus pro benefáctis fateor déberi tibí

Et libertátem et multas grándes gratiás.

Mihi reddidísti opiparás opera tuá.

130

(5)

(10)

MILPHIO. Scitum est, per témpus si obviam ést, verbum vetús. Nam tuae blandítiae mibi sunt, quód dici solét, Gerrae germánae, edepol λῆζοι, λῆζοι merí. Nunc mibi blandídicus es: heri ín tergo meó Tris facile córios contrivísti bubulós.

AGORASTOCLES.

Adamans per amórem si quid féci, Milphió, Te ignoscere id mihi aequom est.

MILPHIO.

140

145

Amore et égo nunc pereo: sine te verberém,

Haut vidi magis.

Post id locórum tu mi amánti ignoscitó. Agorastocles.

Si tibi lubído est aut volúptati, sinó: Suspende, vínci, verbera, aúctor sum, sinó.

Item ut tu míhi fecisti ob núllam noxiám.

MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Si auctoritátem posteá defugerís, Ubi dissolútus tu siés, ego pendeám.

(20)

(15)

Egone istuc aúsim facere praésertim tibí?

Quin si feríri video té, extemplo dolét.

MILPHIO.

Mihi quidem hércle.

127. V. om. res. 130. De hiatu cf. quae dixi ad Trin. p. 178. 132. codd. grates: scr. grandes. cf. Curo. III, 35. 133. V. D. Scitum si p. Scitumst — obuiam si p. obviamst. P. scio hoc iam est p. si obviam est. 135. V. D. haedecol p. edepol. Deinde D. lirae lire, V. lyrae lyre, P. lyrae lyrae. Addidit meri Weisius. 137. cf. Non. 199, 15. 138. V. D. fecit. 139. codd ignoscere id te: scr. te ignoscere id. 140. codd. et ego nunc amore: scr. amore et ego nunc. P. om. haut vidi. 142. V. D. locarum, P. loquar. 143. P. voluptas.. 145. V. D. post era p. postea. 149. D. P. Immo istuc mavelim, om. mihi et persona Milphionis.

150

155

POENULUS.

AGORASTOCLES. Immo mihi. MILPHIO

.

Istuc mavelím.

Sed quid nunc tibi vis?

AGORASTOCLES.

Cur ego ápud te mentiár?

Amo immodéste.

MILPHIO.

Meae istuc scápulae sentiúnt. AGORASTOCLES.

At ego hanc vicínam dico Adélphasium meám, Lenonis húius meretricém maiusculám.

MILPHIO.

Iampridem equidem istuc ex te audivi-AGORASTOCLES.

Differór

Cupidine éiús. Sed lenóne istoc Lycó, Illius dómino, non lutum ést lutulentiús. MILPHIO. Vin tu illi néquam dare nunc?

AGORASTOCLES.

MILPHIO.

Cúpio.

En, me dató.

AGORASTOCLES.

Abi dieréctus.

MILPHIO.

Dic mihi véro serió:

Vin dare malum illi?

AGOBASTOCLES.

Cupio.

MILPHIO.

Em, eúndem me dató.

Utrumque faxo habebit, ét nequam et malúm. Agorastocles.

Iocare.

MILPHIO.

Vín tu illam hodie síne damno tuó (35) Tuám libértam facere?

153. V. malusculum, D. masculum. 155. P. cupiditate. 156. D. domi p. domino. 157. V. D. enmendato, P. em me dato. 158. D. nunc p. mibi. 161. codd. o. sine damno et dispendio tuo: delevit et dispendio Acidalius. 162. D, P.

(30)

(25)

9

AGORASTOCLES.

Cúpio, Milphió.

MILPHIO.

Ego faciam, ut fácias. Sunt tibi íntus aureí Trecenti númmi Philippei.

AGORASTOCLES.

Séscenti quoqué.

MILPHIO.

165

Satis sunt trecénti.

AGORASTOCLES.

Quid iis fácturu's?

MILPHIO.

Tacé.

Totum lenónem tibi cum tóta familiá Dabo hodie dóno.

AGORASTOCLES.

Qui id factúru's?

MILPHIO.

Iam sciés.

Tuos Collybiscus nunc in úrbe est vilicús. Eum hic non nóvit leno. Sátin intellegís? AGORASTOCLES.

Intellego hércle, sed quo evádas, nesció.

170

175

MILPHIO.

Non scis?

AGORASTOCLES.

Non hércle.

MILPHIO.

At ego iám faxo sciés. Ei dabitur aúrum, ut ad lenónem deferát, Dicatque sé peregrinum esse álio ex oppidó: Se amare vélle atque obsequí animo suó. Locum sibi vélle liberúm praeberiér, Ubi nequam fáciat clam, ne quís sit arbitér. Leno ad se accípiet auri cúpidus ilicó:

Celabit hóminem et aurum.

١.

AGORASTOCLES.

Cónsilium placét.

libertatem. 165. P. his p. iis. 167. Qui id Guyetus: codd. Quid. 168. V. D. Collubiscus. 172. V. D. et p. ei. 173. codd, ex alio: scr. alio ex. 174. De hiatu of, Lachm. ad Lucr, VI, 743.

(40)

(45)

(50)

(L, 1, 53-75)

POENULUS.

MILPHIO.

Rogato, sérvos venerítne ad eum tuós. Ille me censébit quaeri. cóntinuo tibi Negabit. Quíd tu dubitas, quín extempuló Dupli tibi, aúri et hominis, fúr leno siét? Neque id unde ecficiat, habet. Ubi in ius venerit, Addicet praétor familiám totam tibí: Ita decipiémus fovea lénonem Lycúm. AGORASTOCLES.

Placet consílium.

MILPHIO.

Immo etiam ubi éxpoliveró,

Magis hoc tum démum dices: núnc etiam rude ést. AGORASTOCLES.

Ego in aedem Véneris eo, nisi quíd vis, Milphió.

Aphrodisia hódie sunt.

MILPHIO.

Sció.

AGORASTOCLES.

Oculos voló

190 Meos delectáre munditiís meretriciís.

MILPHIO.

Hoc primum agámus, quod consílium cepimús. Abeamus infro, ut Collybiscum vilicum Hanc perdoceámus ut ferát fallaciám.

AGORASTOCLES.

Quamquam Cupído in corde vórsatur, tamén Tibi auscultábo.

MILPHIO.

Faciam, ut fácto gaudeás. Inest amóris macula huic hómini in pectoré, (70) Sine damno mágno quae eluí ne utiquam potést. Itaque hic sceléstus est homó leno Lycús, Quoi iam infortúni intenta bállista est probé, Quam ego haut multó post mittam e bállistarió. (75)Sed Adelphasium éxit atque eccam Anterastilís.

300

181. P. negabat. D. P. extemplo. 182 V. a. m. pr. dupli tibi hauri. Postea suprascriptum est ci. Inde D. duplici ubi hauri. P. duplicet tibi aurum et hominem — fiet, 185, D. licum, 186, D. P. omm. ubi, P. expoliavero, 191, D. 192. D. collibiscum, om. vilicum. 193. cf. Pseud. II, 4, 75. Ter. coepimus. Andr. II, 6, 1. 197. no utiquam V.: D. P. neutiquam. cf. Bentl. ad Hec. 1, 2, 50. 198. D. licus. 201. codd. o. eccam exit atque: scr. exit atque eccam. cf. Capt. V, 4, 8.

(60)

195

·v)

185

11

(55)

(65)

(80)

(5)

(10)

Haec est priór, quae meum erum démentem facit. Sed evocábo. Heus! i forás, Agorastoclés, Si vis vidére ludos iúcundissumós.

AGORASTOCLES.

205

MILPHIO.

Em, amores tuós

Si vis spectáre.

Quid istuc tumúlti est, Milphio?

AGORASTOCLES.

O multa tíbi di dent boná,

Quom mi obtulísti hoc tam lepidúm spectaculúm.

Adelphasium. Anterastilis. Milphio. Agorastocles. Ancilla.

ADELPHASIUM.

Negóti sibí qui volét vim paráre, Navem ét mulierem, ístaec duó comparáto. Nam núllae magís res duaé plus negóti Habént forte si ócceperís exornáre. Neque úmquam sat ístae duaé res ornántur, Neque éis ulla ornándi satís satietás est. Atque haéc ut loquór, nunc domó docta díco. Nam nós usque ab aúrora ad hóc quod diéi est, Ex índustria ámbae numquám concessámus Lavári aut fricári aut tergéri aut ornári, Políri, expolíri, pingí, fingi et úna Binaé singulís quae datae áncillae nóbis, Eaé nos lavándo, elvendo, óperam dedérunt, Aggerúndaque aquá sunt virí duo deféssi.

203. P. exi p. heus i. 206. D. dent bona di. 207. codd. o. hoc mihi obtulisti: scr. cum Guyeto mi obtulisti hoc.

De versuum descriptione huius cantici, quae est in V., cf. Ritschl ind. lect. Bonnens. hib. 1858-59. 208. P. negocium — vult comparare. 209. codd. haec: scr. istaec. 212. sat istae Hermannus: codd. satis hae. 213. V. ordinandi. 214. domo Goellerus ad Trucul. v. 436: codd. modo. 215. P. ab p. ad. Deinde sequuntur in V. v. 73-139 huius scenae, in codd. o. autem versus hic: Postquam aurora illuxit, numquam concessauimus, quem deleverunt Acidalius et Meursius. 216. P. om. numquam concessamus. 217. P. tergari. 219. ancillae nobis Bothius: codd. nobis ancillae. 220. V. D. Ea, P. Eam. Deinde scripsi elvendo p. eluendo. 221. V. D. quae p. que, P. adgerundamque aquam. Ceterum cf. de h. v. librum de enunciatione ling. lat. in vet. dram. p. 63.

210

215

(I, 2	2, 15—39)	POENULUS.	13
		egóti quantum in muliere úna est! aé, sat sció, maxumo úni	(15)
		pét plus satis dare potis sunt,	
25		diésque omni in aétate sémper	
		vántur, tergéntur, poliúntur.	
		dús muliebris núllust, neque úmquam	(20)
		fricándo scimús facere rémoram.	
Nam	quae laúta est,	, nisi percúlta est, meo quidem ánimo quináta est.	quasi in-
		ANTERASTILIS.	
:30		1, sorór, te istaec síc fabulári,	
	-	llida ét docta sís et facéta.	(25)
	-	eduló munditér nos habémus,	
	Vix aégreque	e amátorculós invenímus.	
		ADELPHASIUM.	
		n hoc únum tamén cogitáto:	
あ		us in rébus, sorór, optumum hábitu est.	
Nimi	a omniá nimium	exhibént negoti homínibus ex se.	(30)
	.	ANTERASTILIS.	
		, amabo, itém nos perhibéri,	
	•	múriatica ésse autumántur	
		póre atque sine suavitáte:	
14 0		qua úsque et diú macerántur,	
	•	súnt, tangere út non velís.	· (35)
		nus, éius seminís mulierés sunt:	
	Insúlsae adm	odum átque invenústate plénae	
		Sine múnditia et cómptu.	
		MILPHIO.	
245	Coqua ést ha	aec quidem, Agorastoclés, ut ego opinor	:
	Scit múriatic	a út macerét.	
	·	AGORASTOCLES.	
	•	Quid moléstu's?	
	-		
V. 1 230.	oram. cf. Trin. 1, 1, D. qua clauata. Dei codd. miror. scr. m	225. D. P. in omni. 228. V. faceren niam: 16. D. P. facere, ceteris omissis. 229. P. q ade D. iniusta. Inde scr. inquinata. V. inlusta, iro. cf. Non. p. 480. Deinde D. P. omm. sic. n. Ut egre. cf. Prisc. III, p. 105 ed. Hertz.	uae lavata, , P. musta. 232. cf.
	mm. in. Deinde ha	bitu est Reizius: codd. est habitu, nisi quod	D. habitui.

236. negoti Hermannus: codd. negotium. 237. De hiatu cf. Lachm. ad Lucr. VI, 743. 238. D. Quam si. 239. codd. et: scr. atque. 242. P. eiuscemodi. 243. codd. omm. plenae: addidit Hermannus. 244. codd. sumptu: scr. comptu. 245. P. om ego.

PLAUTI

ADELPHASIUM.

Sorór, parce, amábo: sat ést istuc álios

(40)

Dicere dé nobis. ne nósmet nostra etiám vitia eloquámur.

ANTERASTILIS.

Quiésco ergo.

ADELPHASIUM.

Amó te. sed hóc nunc respónde:

250 Sunt hic, quae ad deum pacem adésse oportet?

ANTERASTILIS.

Omnia accurávi.

AGORASTOCLES.

Diém pulcrum et célebrem et venústatis plénum: Dignúm Venere pól, quoi sunt Aphrodisia hódie.

(45)

(50)

MILPHIO.

Ecquid gratiae ést, cum huc forás te evocávi?

Num me decét cado donári vini véteris? dic darí.

Nil respóndes? ut ego opínor, etiam língua huic excidít.

Quid hic, malum, ádstans obstupuísti?

AGORASTOCLES.

Sine amem: ne óbturba ac tacé.

MILPHIO.

Taceo.

255

AGORASTOCLES.

Sí tacuisses, iam ístuc Taceo nón gnatum forét. ANTERASTILIS.

Eamus, méa soror.

ADELPHASIUM.

Eho! amábo, quid illo núnc properas? ANTERASTILIS.

Rogás?

Quia erus nós apud aedem Véneris mantat.

248. codd. omm. de, quod addidi. V. D. nosmet in nostra. Deinde V. uitiam, D. ut iam. Denique eloquamur Hermannus: codd. loquamur. 249. Quiesco ergo Gulielmus: codd. Quiesco. Ergo amo te. Deinde codd. responde mihi: delevit mihi Weisius. 250. codd. addunt omnia post hic, quod delevi. Deinde praebent oportet adesse: scr. adesse oportet. 252. codd. Veneri. P. sint. 253. Ritschl gratiaest: codd. omm. est. 254. V. D. Jam num, P. Jam nunc. Deleto iam sequenti versui inserui etiam. Deinde cado donari Hermannus: codd. donari cado, nisi quod P. donare. 255. V. uncua huic excidit ut ego opinor; eodem verborum ordine D. et P. nisi quod ambo omm. lingua, P. autem exhibet hunc p. huic: scr. ut ego opinor etiam lingua huic excidit. 256. V. om. hic. V. D. opstituisti, P. oblicuisti, Camerarius obstipuisti. Deinde V. ac tate, D. aetate, P. om. ac: tace. 258. P. D. illic. 259. P. D. mandat. (1, 2, 52-70)

POENULUS.

ADELPHASIUM. Máneat pol: mané.

 Turba est núnc apud aram. an te íbi vis inter stás vorsariér Prosedás, pistorum amícas, reliquiás alicariás, Miseras, schoéno delibútas, servilícolas sordidás? (55) Quae tibi olánt stabulum statúmque, sellam et séssibulum merúm, Quas adeo haúd quisquam umquam líber tetigit néque duxit domúm, Servolórum sordidulórum scorta dúobolariá.

MILPHIO.

I in malám crucem! tun aúdes etiam sérvos spernere? Propudiúm! quasi bella sít, quasi eampse réges ductitént. (60) Monstrum múlieris! tantílla tanta vérba funditát, Quoius egomét bulbo viciáto septem nóctes non emám.

AGORASTOCLES.

Di immortáles omnipoténtes, quid est apúd vos pulcriús?
 Quid habetís, mage qui immortális vos credam ésse, quam ego siém,
 Qui haec tanta óculis bona concípio? nam Venús non est Venús: (65)
 Hanc equidém Venerem venerábor, me ut amet pósthac propitiá.
 Milphio, heús! ubi es?

MILPHIO.

Assum ápud te eccum. Agorastocles.

At ego elíxus sis voló.

MILPHIO.

75 Enimvero, ére, facis delícias.

AGORASTOCLES.

De te equidem haéc didici omniá.

MILPHIO.

Etiamne út ames eam, quam númquam tetigerís? nihili hic quidem ést. Agorastocles.

Deos quoque édepol et amo et métuo, quis tamen ábstineo manús. (70)

260. V. aput. Deinde codd. o. istas: scr. stas. Denique V. D. uersarier. 261. P. Inter foedas p. Prosedas. cf. Paul. 226. V. D. allicarias. Fest. p. 330 halicarias. cf. tamen Paul. p. 6. 262. D. scheno, P. ceno, om. servilicolas. 264. V. hau. 267. V. D. eam ipse, P. eam ipsi — discutiant. 268. V. D. Et monstrum, P. En, quod dèlevit Weisius. Deinde P. om. tanta. 269. D. ego nebulae ciatho, V. ego nebulae cratho, P. ego pro nebulae cyatho. Scr. egomet bulbo viciato. 271. mage qui Camerarius: codd. qui mage. 273. D. P. omm. me. V. D. amet at poshac, P. amet haec posthac. 274. Milphio heus Lomanus: codd. Milphio heus Milphio. V. D. adsum, P. ego te elixus. 275. D. P. Enim, om. vero. Deinde codd. o. quidem: scr. equidem. Denique V. om. omnia inter didici et quidem est in v. sequente. 276. P. tetigeris nunquam. Deinde nihili hic. P.: D. nihil illic. 277. quis tamen Bothius: codd. quibus ego tamen.

ANTERASTILIS.

Heu, ecastór! quom ornatum adspício nostrum ambárum, poenitét, Exornátae ut simus.

ADELPHASIUM.

Immo vero sáne commodé.

280 Nam pro eríli et nostro quaéstu satis bene órnatae sumús; Non enim póte quaestus consístere, si eum sumptús superat, sorór. Eo illud sátius est, quod sátis est, habitu, quám quod plus sat ést. (75) AGOBASTOCLES.

Ita me dí ament, ut illa mé amet malim, quám di, Milphió, Nam illa múlier lapidem sílicem subigere, út se amet, potést.

MILPHIO.

285 Pol equidem haúd mentire, nám tu es lapide sílice stultior, Qui hanc amés.

AGORASTOCLES.

At vide sis, cum illac numquam limavi capút.

MILPHIO.

Curram igitúr aliquo ad piscínam aut ad lacúm: limum petám. (80) AGORASTOCLES.

Quid eo opúst?

MILPHIO.

Ego dicam: ut illice et tibi limem capút.

AGORASTOCLES.

I in malám rem!

: .

MILPHIO.

Ibi sum equidem.

AGORASTOCLES.

Pérgis?

MILPHIO.

Taceo.

AGORASTOCLES.

At pérpetuo voló.

278. A. V. Eu. 280. V. D. eri licet, quae P. prorsus om. 281. pote Charisius p. 223 ed. Keil: codd. potest. Deinde D. questus non consistere, P. quaestus iam consistere. Charisius quaestus fieri nisi sumptus sequitur scio. 282. satius est Bothius: codd. satius si satis. Deinde P. quid satis est. Denique habitu quam quod plus sat est V. solus: D. P. habitus plus quam sat est. 283. A. V. amet. 285. equidem A. solus: ceteri codd. it quidem, nisi quod P. id quidem. 386. Eugraph. ad Ennuch. III, 5, 53 numquam cum ea. 287. ad lacum V. solus: ceteri omm. ad. 288. P. Quid ego. D. P. opus sit. Deinde codd. o. illi: scr. illice. 289. V. D. perdis. $(1, 2, 86 \rightarrow 100)$

POENULUS.

MILPHIO.

) Enimvero, ére, me meo lacéssis ludo et délicias facis. Anterastilis,

Satis nunc lépide ornatam crédo, soror, te tíbi videriér, Sed ubi exémpla conferéntur meretricum áliarum, ibi tibí Erit cordólium, si quam ornátam melius fórte adspexerís.

ADELPHASIUM.

Invidia în me numquam innâta est, neque malítia, mea sorór: 5 Bono med ésse ingenio ornátam, quam auro, multo mavoló. Aurum enim fórtuna invenítur, natura ingenium bonúm. Bonam ego quám beatam me ésse nimio díci mavoló, (90) Magisque méretricem pudórem, quam aurum gérere condecét. Pulcrum ornátum turpes móres peius caéno conlinúnt.

0 Lepidi móres turpem ornátum facile fáctis comprobánt. Agorastocles.

Eho tu, vín tu facinus fácere lepidum et féstivom? MILPHIO.

Voló. (95)

.

9

AGORASTOCLES.

Potin es mi aúscultare?

MILPHIO.

Póssum.

AGORASTOCLES.

Abi domum ác suspende té.

MILPHIO.

Quamobrem?

AGORASTOCLES.

Quía iam nunquam audíbis verba tót tam suaviá. Quid tibi opúst vixisse? auscúlta mihi modo ác suspende té. MILPHIO.

³⁵ Siquidem tú es mecum futúrus pro uva pássa pensilís. Agorastocles.

At ego amábo hanc.

290. codd. o. mee me: scr. me meo. 292. V. P. conferuntur. 294. P. unquam — mala p. mea. 295. A. me esse ingenio. Inde Ritschelius: med esse ingenio. V. me ingenio esse, D. P. ingenio me esse. 296. codd. ceteri in, A. id: scr. enim. 298. V. magis quit, D. magis quid, P. magis quidem. Post hunc v. in A. sequitur hic: Meretricem pudorem gerere magis decet quam_purpuram, qui in codd. ceteris v. 298 antecedit. Manifesto spurium delevi. 301. A. festiuum. 302. Potin es Guyetus: codd. Potesne. A. et p. ac. 303. V. D. qui iam. P. quia, om. iam. 304. V. D. opus si. 305. Non. 11, 33 siquide aes tu — pensili. D. P. omm. passa. 306. amabo A. et P.: V. et D. amo.

(85)

MELPERO.

A: ego esse ét hibere.

ADELPHASIUM.

Eho tu, quíd ais?

ANTERASTILIS.

Quid rogás? (100)

;

· . .

ADELPHASIUM.

Viden, ut pléni oculi sordôrum qui erant, iám splendent mihí?

ANTERASTILIS.

humo ctian in medio oculo paúllum sordist.

ADELPHASIUM.

Cédo sis dexterám.

AGORASTOCLES.

ANTERASTILIS.

Te et quidem huius oculos illótis manibus tráctes aut terás?

310 Nimia nós socordia hódie tenuit.

ADELPHASIUM.

Quá de re? obsecró.

ANTERASTILIS.

Quia non iám dudum ante lúcem ad aedem Véneris venimús, (105) Primae ut inferremus ignem in aram.

ADELPHASIUM.

Ah! nón facto est opús:

1 . . .

Quae habent nócturna ora, nóctu sacruficátum ire occupánt. Priusquam Vénus expergiscátur, prius depróperant seduló

315 Sacruficare, nam vigilante Venere si veniant eaé,

Ita sunt turpes, credo ecástor, Venerem ipsam é fano ut fugént. (110) AgorastocLes.

Milphio.

MILPHIO.

Edepol Milphiónem miserum. quíd nunc vis tibí? Agorastocles.

Obsecro hércle, ut mulsa lóquitur!

307. codd. ceteri tu: P. an. scr. ut. Deinde A. SORD. RUM: V. D. sorderunt, P. sorde. 308. sordist A. et V.: P. sordis est, D. sordet. 309. A. Ut quidem tu, ceteri Ut tu quidem. Scr. Tu ut quidem. Deinde codd. praeter A. omnes inlutis. 310. P. secordia. 311. non iam A. et V. nisi quod A. ian: D. P. iam non. 312. primae ut A. et P.: V. primae cum ut, D. prima ut. A. aha non factust opus. P. om. ah. 313. V. D. occupans. 314. expergiscatur P. solus: A. expergisgatur, V. experiscatur, D. expescatur uenus. Etiam P. expergiscatur Venus, om. prius. 315. V. D. sacrificare — vigulante — seas. P. hae. 316. codd. omm. ut, quod addidi. P. fugere. 318. V. opseero. (I, 2, **112**—123)

POENULUS.

MILPHIO. Nil nisí laterculós,

Sesamúm, papaverémque, triticum ét frictas nucés. AGOBASTOCLES. Decquid amáre videor? MILPHIO. Dámnum, quod Mercúrius minime amát. AGORASTOCLES. Nam edepól lucrum quidem amáre nullum amátorem addecét. (115) ANTERASTILIS. . Eamus, méa germana. 1.1 ADELPHASIUM. . . Age sis ut lubét. Sequere hac. ANTERASTILIS. Sequór. AGORASTOCLES. Eunt hae. quid si adeamus ad eas? Primum prima salva sis Et secúnda tu secúndo salve in prétio: tertiá and the second 5 Salve extrá pretium. ANCILLA. Tum pól ego et oleum et operam perdidí. AGORASTOCLES. and the first of the second Quo agis? ADELPHASIUM. Egone? in aedem Véneris.

AGORASTOCLES. Quid eo?

ADELPHASIUM.

Ut Vénerem propitiém. (120) AGORASTOCLES.

Eho, an iráta est? propitia hércle est: vel ego pró illa spondeó. ADELPHASIUM.

Quid tu ais? quid mihi moléstu's? obsecro. AGORASTOCLES.

Ah! tam saevitér?

2*

ADELPHASIUM.

Mitte, amábo.

319. codd. o. cum A. sesumam. 321, codd. Namque edepol lucrum: scr. Nam edepol lucrum quidem. 322. A. totum versum dat Anterastili. 324. codd. cum A. omnes tu in secundo salue in pretio. 325. Personam Ancillae Pistoris et Acidalius inseruerunt: P. haec dat Milphioni. 326. Quo agis A. solus: ceteri cum Isid. IX, 3, 64 Quo te agis. 327. D. Ehon, P. Eon. A. iratast. 328. Non. 510, 33 aha tam sacuiter.

PLAUTI

AGORASTOCLES.

Quid festinas? turba núnc illi est.

ADELPHASIUM.

Sció.

330 Sunt illi áliae, quas spectáre ego et me spéctari voló. Agorastocles.

Qui lubét spectare túrpes, pulcram spéctandam daré? Adelphasium.

Quia apud aédem Veneris hódie est mercatús meretriciús. Eo convéniunt mercatóres: ibi ego me óstendi voló.

AGORASTOCLES.

Invendíbili merci opórtet ultro emptórem adduceré,

335 Proba merx fácile emptorem réperit, tametsi in ócculto sita ést.

Quid ais tú? quando apud me mécum caput et córpus copulás? (130)

ADELPHASIUM.

Quo die Orcus ab Accherúnte mortuós amiserít.

AGORASTOCLES.

Sunt mi intús nescio quot númmuli aurei lymphaticí:

ADELPHASIUM.

Deferto ád me: faxo actútum constiterit lymphaticúm.

MILPHIO.

340 Bellula hércle est.

AGORASTOCLES.

I dierécte in maxumám malam crucém!

MILPHIO.

Quam magis áspecto, tam mágis est nimbata ét nugae meraé. (135) AGORASTOCLES.

Segregá sermonem: taédet. Age, sustólle hoc amiculúm.

ADELPHASIUM.

Pura súm: comperce, amábo, me attrectáre, Agorastoclés.

AGORASTOCLES.

Quid agam núnc?

329. P. illic. 330. P. illic. 331. A. libet. 333. A. om. ego. 334. V. In uendibile mers. codd. ceteri omnes merce. 335. D. mers — tarem est p. tam. Deinde codd. praeter A. omnes abstruso p. occulto, nisi quod D. abstruoso. 336. quando apud me P. solus: ceteri quando illi apud me. Deinde A. CAP....U..LLAS p. caput et corpus copulas. 337. V. D. amiseris, P. emiserit. 338. A. om. intus. Deinde A. D. quod. Denique codd. omnes nummi: scr. nummuli. 339. D. ac totum. 340. P. om. persona Milphionis: Belua. Deinde hercle est Acidalius ex veteribus: codd. omm. est. 341. Isid. XIX, 31, 2 Quam magis eam adspecto, tam magis nimbata est. 342. P. hunc p. hoc. Totum versum Agorastocli dedit Bothius, codd. verba priora tria Adelphasio. 348. D. P. comperta. A. P. attractare.

(125)

(I, 2, 138–159)

ADELPHASIUM.

Sei sapias, cúram hanc facere cónpendi potés.

AGORASTOCLES.

Quid? ego nón te curem? quíd ais, Milphio?

MILPHIO.

Ecce odium meúm.

1. 1 L .

Quid me vis?

AGOBASTOCLES.

Cur mi haec iráta est?

MILPHIO.

Cur hacc irata est tibi? (140) Cur ego id curem? namque istaec magis tua ést curatió.

AGORASTOCLES.

lam hercle tú peristi, nísi illam mihi tam tránquillam facís, Quam mare ólim est, cum ibi alcédo pullos éducit suós.

MILPHIO.

) Quid faciam?

AGORASTOCLES.

Exora, blandire, expalpa.

MILPHIO.

Fáciam seduló. Sed vide sís, ne tu oratórem hunc pugnis péctas posteá. (145) Agorastoclæs.

Non faciám.

. Мігьніо.

Non aequom in me ésset: te moráre et male facís. Noli, amábo, suscensére ero meó causa meá. (157) Ego faxó, si non iráta es, nihilum nón pro te dabít 5 Ac te fáciet ut sis cívis Attica átque liberá.

344, codd. practer P. omnes potest. Ceterum Bothius personam Adelphasii substituit Milphioni. 345, non Acidalius: codd. nunc. P. om. te. Deinde ais A. solus: P. agam. D. verba, Quid ais Milphio. Ecce odium meum prorsus emittit. 346, P. tihi, irata est, D. mihi irata est, 347. tus P. solus: A. D. mea. 349. alcedo Prisc. VI p. 206 ed. Hertz: A. V. alcyo, P. alcyone, D. alycio. 350. cf. Non. 104, 10. 351. A. omnia p. postea. 352. Non acquom in me esset te A. solus, nisi quod messet p. me esset: D. non accuius in me esset, P. eamus nunc etiam. Deinde morare et male facis A. et D.: P. morare? Ag.or. Male facis. Dehinc in codd. omnibus sequentur v. 147 — 167 huius scenae eo ordine, quo in margine indicavi, nisi quod in A. v. 162 cum 163 commutatus est. Partem veri iam vidit Meursius. 354. Ego faxo si non D. solus: A. Ego si non faxo. P. Ad. Ego faxo sine. Milph. Irata es. Deinde codd. omnes nimium, nisi quod V. ninnium: scr. nihilum non. 355. Ac Bothius: codd. Atque. A. sies.

PLAUTI

1

à

•

Ŷ.

13

1

Č,

¢,

14

ADELPHASIUM.

Bene promíttis multa: ex múltis omnia-incassum cadúnt. (147) Liberáre iuravísti me haud semél sed centiéns. Dum te exspécto, neque ego usquam aliam mihi paravi copiam; Neque istuc úsquam apparet: ita nunc servió nihilo minús. MILPHIO. (161) 360 Si ante quid mentitust, núnc iam dehinc érit verax tibí. ADELPHASIUM. I, sorór. Abscede tu á me. AGORASTOCLES. Perii, eho! quíd ais, Milphió? (151)ADELPHASIUM. Quin abire sinis? MILPHIO. Quin tibi qui bene volunt, bene vis itém? (160) ADELPHASIUM. and the press Abscede hínc sis, sycophánta. MILPHIO. Pareo, at scin quomodo? (162)Iam hercle ego fáciam plorantem illum, nisi te fácio propitiám. (164) 365 Atque hic mé ne vervecillum faciat, nísi te propitió, Male formido: novi ego húius mores mórosi malós. Quamobrem, amábo, mea volúptas: sine te hoc exorarier. Sine te exórem, sine prehéndam auriculis, sine dem saviúm. ⁽¹⁶³⁾ AGORASTOCLES. Mene ego praésente illaec pátiar dici? discrucior misér, (155)370 Nisi ego illúm iubeo quadrígis cursim ad cárnuficem rapí. MILPHIO. ··· (152) ' Mea volúptas, mea delícia, mea vitá, mea amoenitás, 357. centiens A. solus: V. enlens, D. P. deciens. 358. P. om. te. Deinde

ceteri neque usquam, A. nequam usquam. Addidi ego. 360. quid mehtitust A. solus: ceteri quidem mentitus sit, nisi quod V. entitus. 361. codd. agis: scr. ais. 362. D. adire sinus. Deinde Quin tibi A. solus: V. quid tu tibi, P. quid vis tibi, D. qui...tibi. Denique P. visitent. 363. D. aspice dehinc, P. abice te dehinc. Deinde pareo D. solus: A. et V. pareto, P., qui solus hane vocem Milphioni dat, quam A. et D. Adelphasio tribuunt, parero. 364. A. plorat p. plorantem. D. P. propitiam facio. 365. A. ne me. Deinde codd. omnes uerberet illum faciat, nisi quod P. facio. Ser. vervecillum. 366. mores morosi V. solus: A. mores moros, D. mores mores, P. om. morosi. 367. A. om. amabo. Deinde ceteri sine te, A. sine hoc: scr. sine te hoc. 368. auriculis P. solus: D. auriculus, A. aures. cf. Asin. 3, 3, 78. 369. praesente illacc patiar Guyetus: A. P. praesente patiar illacc, V. D. illacc patiar praesente. 370. A. D. carnificem. 371. mes delicia Gellius 19, 8 et Non. 100, 25: codd. cum A. omnes mese deliciae. (I, 2, 153-184)

praepositam, om. D.

POENULUS.

Meus océllus, meum labéllum, mea salús, meum saviúm, Meum mel, méum cor, mea colústra, meus mollículus caseús! AGORASTOCLES. Non ego homó triobolí sum, nisi ego illí mastigiaé (168)375 Exturbo óculos atque déntes. Em volúptatem tibí, Em mel, ém cor, em labéllum, em salútem, em saviúm. .: (170) MILPHIO. Impiás, ere, te: oratórem verberásį + . AGOBASTOCLES. Iam istoc magis. Etiam océllum addam et tenéllam linguam. MILPHIO. 111 Ecquid facies modí? AGORASTOCLES. Sicine égo te orare iússei? MILPHIO. Quomodo érgo orem? AGORASTOCLES. Rogás? 380 Sic enim díceres, sceléste: huius volúptas, te obsecró, Huius mel, húius cor, huius labéllum, huius lingua, huiúsce saviúm, (175) Huius delícia, huiusce sálus amoena, huiús festivitás, Huius colústra, huiusce stúdium, huius dulcículus caseús. Omnia illa, quae dicébas tua esse, ea mémorares meá. MILPHIO. 385 Obsecro, hércle te, volúptas huius átque odium meúm, (180)Huius amíca mammeáta, mea inimica et malevolá, n it is a real Oculus húius, lippitúdo mea, mel húius, fel meúm, Ut tu huic aút irata né sis, aut, si id fíeri non potést, Capias réstim ac te suspéndas cum ero et vóstra familiá. 372. A. oculus. 373. A. meun mel. 375. V. me p. em. 377. D. impia secrete, P. impie sic. cf. Don. ad Hec. prol. 2 v. 1. 378. P. addas. Deinde A. labellum linguam, ceteri labellum et linguam: scr. tenellam linguam. Denique D. Eo quid, P. Eho quid. 379. A. ego rogem p. ergo orem. 382. A. sum totum. Scr. huius delicia huiusce salus. Dehinc sequitur in A. yersus hic: Huius cor, huius studium, huius sauium, mastigia. Vocibus tamen duabis extremis suprascriptum est dulciculus caseus. Inde natus est in Pall. versus: Huius colustra, huius dulciculus caseus, mastigia, quem tamen praeter A. om, etiam P.

Scripsi Huius colustra, huiusce studium, huius dulciculus caseus. 385. A. KUS vel EIUS p. huius. 386. D. mammiata, quod P. prorsus om. Non. 137, 20 cuius amicam mammeatam. 387. D. oculos, P. ocule eius. 388. codd. huic irata: aut addidit Ritschelius. 389. P. suspende. Personam Adelphasii, vulgo huic versui

.23

390 Nam mihi iám video proptér te victitándum sorbiló, (185) Itaque iám quasi ostreátum tergum ulcéribus gestitó Propter amórem vostrum.

ADELPHASIUM.

PLAUTI

Amábo, men prohibére postulás,

Ne te vérberet, magis quám ne mendax me ádvorsum siét?.

ANTERASTILIS.

Aliquid huic responde, amábo, commodé, ne incommodús · , .. 395 Nobeis sit, nam detinét nos de nostró negotió. (190) .

ADELPHASIUM.

Verum ením tibi_hanc amtttam noxiam únam, Agorastoclés. Non sum iráta.

AGORASTOCLES.

Non es?

ADELPHASIUM.

· Nón sum.

. Agorastocles.

Da ergo, 'ut crédam, saviúm.

ADELPHASIUM.

Mox dabó, cum ab re divína rediero. المراجع الأرباب AGORASTOCLES.

I ergo strenué.

ADELPHASIUM.

Sequere mé soror.

Mar Har &

e ;

AGORASTOCLES.

1-1 Atque aúdin etiam? Vénerí dicitó 400 Multam méis verbis salútem. and the second second

. . . . ADELPHASIUM.

Dicam. 「元子の許」、「方言な」 Agorastocles

·.

Atque hóc audi.

Quid ést? (195) ADELPHASIUM. · · ·

10.00

AGORASTOCLES.

Paucis vérbis rem divínam facito. atque atdin? respicé. Respexít. Idem edepol Vénerem credo fácturam tibí.

390. P. Hem p. Nam. 392. A. D. uestrum, om. deinde Adelphasii persona. 393. A. aduersum. 396. codd. ceteri Verum etiam, P. Verum est: ser. enim. P. admittam noxiam hanc. 399, D. audi. 400. D. Multa. 402. edepol A. solus: ceteri pol. di e e

24

-1

(I, 3, 1-17)

46

410

115

POENULUS.

AGORASTOCLES. MILPHIO.

AGOBASTOCLES.

Quid nunc mi es aúctor, Milphio? . MILPHIO.

Ut me verberés

Atque auctionem facias, nam inpunissime Tibi quidem hérele vendere hásee aedis licét. AGOBASTOCLES.

Quid iam?

MILPHIO.

Maiórem partem in óre habitas meó.

AGOBASTOCLES.

Supersede istis verbis.

MILPHIO.

Quid nunc veis tibi?

AGOBASTOCLES.

Trecentos Phílippos Collybísco vilicó Dedi dudum, priúsquam me evocávisti forás. Nunc obsecró te, Milphio, hánc per dexterám Perque hanc sorórem. laevam pérque oculos tuós. - Per meos amóres perque Adélphasium meám Perque tuam libertatem.

> MILPHIO. a second and a second

> > Em, núnc nil obsecrás.

AGORASTOCLES.

Mi Milphidísce, mea commóditas, mea salús, Fac, quod factúrum te promísisti mihi, a da a surve Ut ego hunc lenónem perdam.

MILPHIO. 1 · •

" Pérfacile id quidem ést. I, adduce tésteis tecum. ego intus interim (15) Tuom exornábo vilicúm: propera atque abí. AGORASTOCLES.

. . .

Fugio.

403. P. mihi nunc. A. auctor es. 406. D. parte minore. D. P. mea. 407. A. ueis nunc. 408. D. collabisco. 409. A. dum p. dudum. codd. praeter A. euocasti. 411. A. perqueusoculos tuos. 412. Per meos Bothius: codd, omnes Perque meos. 413. P. om. nil. 415. te promisisti A. solus: P. te esse promisisti, D. te esse promisti. 416. D. Ut ego ut hunc. 417, D. P. omm. I. P. abduce et testis. Dehinc sequitur in codd. ceteris versus lam et ornamentis meis et sycophantils, quem A. on a state and a second

(5)

(10)

i. i

MILPHIO.

Meum ést stuc magis officium quam tuóm.

AGORASTOCLES.

Egone edepol, si istuc lepide ecféxis, MILPHIO.

I modó.

AGORASTOCLES. Ut non ego té hodie

MILPHIO.

Abi modo.

AGORASTOCLES.

Emitlam manú?

(20)

MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Non hércle merear pro hóc,

MILPHIO.

Abi, abi modó.

AGOBASTOCLES.

Quantum Accherúnti est mortuórum,

MILPHIO.

Etiamne abis?

· .

2

AGORASTOCLES.

1 :

Neque quantum aquái in mari ést,

· · · · ·

MILPHIO.

Abiturun és?

AGORASTOCLES.

425

Neque nubes ómnes quantum est, MILPHIO.

Pérgin perderé?

P Agorastocles.

Neque stellae in coelo,

I modo.

419. codd. istuc: scr. stuc. 420. A. D. Egone egone, P. om. alterum egone: scr. Egone edepol. Deinde ecfexis D. solus: A. effexis, P. faxis. 422. merear A. solus: ceteri meream. Deinde A. Oh. Uah. Abi modo, D. ah. Vah abi modo, P. Oh. Vah abi modo: scr. pro hoc. Abi, abi modo. 423. P. O quantum. Deinde A. Accheruntest, D. Acheruntest, P. Acherontest: scr. Accherunti est. 424. A. V. aquast in mari, D. P. est aqua in mari: scr. aquai in mari est. ef. adnot. in Trin. v. 1110 p. 195. Deinde abiturun es A. solns: ceteri abituruane es. 425. nubes omnes A. V.: D. P. omm. omnes. Deinde A. quantumst. Pergine perdere, ceteri quantum est. Pergin pergere. 426. A. D. caelo. Dehinc omnia inde a v. 26 huius scenae usque ad v. 32 in codd. omnibus tribuuntar. Agora-

	(1, 3, 25-36)	poenulus.	- 27
		MILPHIO.	
		Pergin atres tunderé?	(25)
		AGORASTOCLES.	
	Neaue hoc	neque illud neque	
	21	MILPHIO.	
		Enímvéro serió.	
		Agorastocles.	
	Neque herel		
	Tiodao Toor	MILPHIO.	-
		Quid opast vérbis?	
1		AGORASTOCLES.	
		Quippiní?	. •
		Мирнио.	
	Quod uno v	érbo dicere híc quidveis licét.	
	Quou uno v	Agorastocles.	
430	Neque herel	e véro serió!	
100	Lioque derei	Milphio.	; ;
		Scin quomodó?	1
		- AGORASTOCLES.	
	Ita me di s		· -
		MILPHIO.	,
		Vin boná dicam fidé,	(30)
	Quod hie in	tér nos liceat?	;
	-	Agorastocles	
	·	Ita me Impitér	
		Mrlphio.	
	Scin quam?		4 :
	· · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	Agorastocles.	
		Vidétur. Credin, quód sgo fabalér?	
		Мігьню.	
	Si negneo f	ácere ut abeas, égomet abieró.	
435		idem hércle orationi est Occlipó	ł
		tore, qui sphingi interpres fuit.	(35)
		AGORASTOCLES.	
	Heic hinc ir	stus abiit. núnc mihi cautio ést.	
		A feet and the second sec	
	quente Milphioni assigna listribuenda esse censu illuc. 428. D. opus si P. Quid. A. licet. 43 abire, P. abire volo.	435 et 436. orationi est Oedipo Opus Bothius: iectoré, nisi quod D. Oedippo, D. et P. opus es	Milphionem olus: ceteri s A. 482. . abireo, D. codd. ora- st. cf. Prisc,

•

.

•

.

x

Ne meamet cúlpa meo amori óbiexim morám. Ibo atque arcéssam testis, quándo amor iubét Me obediéntem meo esse sérvo liberúm.

LYCUS. ANTHEMONIDES.

LYCUS.

Di illum infelicent omnes, qui post hunc diém Leno ullam Véneri umquam immolárit hostiám, Quive ullum túris granum sácruficaverít, Nam ego hodie infélix, dis mihi iratissumis, Sex agnos immolavi néc potui tamén (5) Propitiam Vénerem facere ut pródesset mihi. Quoniam litare non queo, ábii illim ilicé Iratus: éxta votui prósecariér. Eo pacto avárae Veneri púlcre adii manúm, (11) Quando id, quod sát orat, satis habére noluít. Ego paussam féci: sic agó, sic me decét. Ego faxo pósthac dei deaéque ceterí Contentióres mage erunt átque avidi minús, (15) Cum scibunt, Véneri ut adierít leno manúm. Condigne harúspex, non homó trioboli, Omnibus in éxtis aibat pórtendi mihí · : Malum damnúmque et deos esse iratos mihi. Quid ei divini aut bumani aéquom est crederé? (20) Mina mihi argénti dono póstilla data ést. Sed quaeso ubinam illic restitit miles modé, , a prime Quei hanc mihi donávit? quem ego vocávi ad prandiúm. Sed : eccum: incédit. 11

445

450

455

460

438. D. meam p, meamet, P. mea — abiicism. 439, V. lubent: 440. codd, omnes Me obedientem esse, nisi quod A. obuedientem, D. oboedientem: scr. Me obedientem meo esse

A. Antamoenides. D. P. Antamonedes. 441. P. et Non. 126, 28 infelicitent. 443. A. Qui p. Quive. 444. A. diis mei, ceteri dis meis: scr. mihi. D. iratissumus. 445. agnos immolavi Camerarius; codd. immolavi agnos. 446. A. ut esset, ceteri uti esset: scr. prodesset, 447. codd. nequeo: scr. non queo. Deinde A. D. abi illim, P. abil illine. 448. exta vetui Bothius: codd. uotui exta, nisi quod A. uolui, D. otui. Deinde prosecarier A.: ceteri prosicarier. Dehinc in codd. ceteris sequuntur versus duo: Neque ea (P. ego) aspicere uolui, quoniam non bona Haruspex dixit: deam esse indignam credidi, quos A. prorsus om. 451. paussam A. 452. dei A. 453. A. auidiue minus. v. 455 in A. sequitur post v. 25 huius scenase. 458. aut P. solus: D. haud, A. atque, D. aecum si, D. P. crederet. 459. V. dona, P. duo. 461. Quei A.

(11, 24-40)

POENULUS.

ANTHEMONIDES. . . Ita ut occépi diceré, Lenulle, de illac pugna péntethronicá, e in a (25) Quom sexaginta millia hóminum uno dié Volaticórum manibus óccidi meís. Lycus. Volaticórumne hominum? the second second a ANTHEMONIDES. Ita deico quidém. LYCUS. An, obsecro, úsquam sunt hominés volatici? ANTHEMONIDES. Fuere, vérum ego interféci. LYCUS. • . 11 🗸 Quomodó (30) Potuisti? ANTHEMONIDES. Dícam. Viscum légioni dedí Fundasque: eo praésternebant fólia farferí. Lycus. Cui rei nam? ANTHEMONIDES. Ad fúndas viscus né adhaerescerét Lycus. Perge: optume hércle peierás. Quid posteá? ANTHEMONIDES. In fundas vísci indebant grándiculos globós: (35) Eo illos volántes iussi fúnditariér, Quid multa vérba? quemquem vísco offenderánt, 65 Tam crebri ad térram decidébant quam pirá. Ut quisque acciderat, eum necábam eodem locó Per cerebrum pinna sua sibi, quasi turturém. (40) 11 6 . . See 2 . 19 463. lenulle Prisc. 3, 109: A. lenulla, D. lenutte, 462. D. Antamonedes. P. lemni. Deinde Prisc. illa. Denique D. pentetronica, P. penetronica. 464. Quom A. solus: D. quo, P. qua. Deinde P. hominum sexcenta, om. millia, quod om. etiam D. 466. codd. cum A. omnes euclaticorum: scr. cum Guyeto volaticorumne. Deinde deico A. 467. D. uiatici. 470. cf. Serv. ad Aen. VII, 715. 671. Cui A. solus: D. P. qui. Deinde codd. rei? Ne ad fundas: scr. rei nam? Ad fundas. Denique omm. ne: addidit Bothius. Ceterum cf. Charisius p. 32 ed. Keil. 472. peieras Bothius: codd. periuras. D. qui p. quid. 473. P. infundebant p. visci indebant. 474. P. ego p. eo. 476. decidebant Camerarius: codd. accidebant. 477. codd. cum A. omnes ilico: scr. eodem loco. 478. P. spuma p. pinna and the state of the second - sic p. sibi. • •

.

Lycus.

480

Si hercle istuc úmquam factum est, túm me Iuppitér Faciat ut sémper sacruficém nec umquam litém. ANTHEMONIDES. An mi haec non crédis? LYCUS.

Credo ut mi aéquom est crederé. Age eamus intro, dum exta réferentur.

ANTHEMONIDES.

Voló

1.

Narrare tíbi etiam unam púgnam. LYCUS.

> . Nil morór. (45)

ANTHEMONIDES.

Ausculta.

LYCUS.

Nón hercle, auscultábo.

1

÷. .

ANTHEMONIDES.

131 Colaphis quidem hércle iam tuom élidam capút,

485

. · .

Nisi auscultábis aut is in malam crucém! Lycus.

Malam crucem ibo potius.

ANTHEMONIDES.

Cértumne est tibr?

Quomodó

Shara Sec. get a

LYCUS.

Certum.

ANTHEMONIDES.

490

Tum tu ígitur die bonó, Aphrodisiís, Addice tuám mihi meretricém minusculám. (50) · · · • • • • • • Lycus. • . 1 Ita res divína mihi fuít. res seriás Omnis extóllo ex hoc die in alium diém:

Profecto féstos agere décretum est mihí.

Nunc hinc eámus intro. Séquere hac me.

480. Non. 424, 21 faciam. 481. aequom est Bothius: codd. est aequum. Deinde credere A. et P.: D. credier. 483. V. a m. pr. inibi p. tibi. 484-485. codd. practer A., cuius lectionem repraesentavi: Ausculta. Non hercle. Tuum iam elidam caput, nisi quod P. nam p. Non, quae in unum versum coaluerunt. Przeterea etiam A. tuum iam. Scr. iam tuom. 486. codd. cum A. omnes auscultas: scr, auscultabis. 488. De hiatu cf. Lachm. ad Lucr, III, 941. 491. cf. Non. 407, 11. 492. V. D. profectos. Deinde codd. habeam: scr. agere.

`

POENULUS.

ANTHEMONIDES.

Sequór.

In hunc diém iam tuos sum mércenariús.

(55)

Agorastocles. Advocati.

AGORASTOCLES.

	AGORASTOCLES.	
	🕉 lta me dí ament, tardo amíco nil est quícquam iniquiús	• • •
1	Praesertim hómini amanti, quí quicquid agit, próperat omniá.	*
	Sicut ego hós duco advocátos, homines spíssigradissumós,	• , •
	Tardióres, quam corbitae sunt in tránquillo marí.	, ``
	Atque equidem hércle dedita ópera amicos fúgitavi senés.	. (5)
	in Scibam aetáte tardióres: metui méo amori morám.	
	Nequiquam hós procos mi elégi loripedís, tardissumós.	
	Quin si itúri hodie estis, íte, aut ite hinc ín malam crucém!	
	Sicine opórtet ire amícos homini amánti operam datúm?	• •
	Nam iste quidém gradus succrétust cribro póllinarió,	(10)
	¹⁵ Nisi cum pédicis condidicístis istoc grássari gradú.	·:
	Advocati.	
	Heus tu, quảmquam nos vidémur tibi plebéi, pauperés,	۰.
	Si nec récte dicis nóbis, dives dé sumpso locó,	· .:
	Divitem aúdacter solémus mactare infortunió,	
	Nec tibi nós nexi sumus ístoc, quod tu amés aut oderís;	(15)
	10 Cum argentúm pro capite dédimus, nostrum dédimus, non tuóm.	
	Liberós nos esse opórtet: nos te níhili pendimús.	
	Ne tuo nós amori sérvos esse addictos censeás.	•
	Liberós homines per úrbem modico mágis par est gradú.	
	Ire: sérvoli esse dúco festinántem ourreré:	(20)
	35 Praesertim in re populi plácida atque interféctis hostibús	
	Non decét tumultuári. Set si próperabas magis,	
	Pridié nos te advocátos huc duxísse oportuit.	· · ·
	Ne tu opinere: haud quisquam hódie nostrum cúrret per viás,	
	Neque nos pópulus pro cerrítis insectábit lapidibús.	(25)
	494. D. mercennarius.	
	495. D. nihili. codd. insequius. 496. D. amantique, P. amanti quic	
	om. qui. 497. P. homines advocatos. Deinde P. spissigrandissimos, D. s	
	grandissimus. 498. corbitae P. et Non. 533, 11: D. corditae. 499. V. haec p. hercle dedita. P. fugi nam senes. 500. D. aetati. V. om. tardiores. P. m	
	501. D. eligi – tardissimos. 502. P. Quid p. Quin, Deinde hodie estis Bot	
	codd. estis hodie. D. audite p. aut ite. 504. D. succretu est. 505. D. condid	
	sis occrassari, P. condidicistis occassari. 506. codd. plebei et pauperes: delev	vi et.
	509. D. a m. pr. obnixii, suprascr. o, P. obnoxii: sor. nexi. Deinde codd.	
	quid: ser. istoc, quod. < 512. codd. seruos tuos esse: delevi cum Guyeto	tu 05.

514. D. seruli, V. seruire, P. servile. 518. P. Neque p. Ne.

31

,

.

Υ.

PLAUTI (III, 1, 26---48) 32 AGORASTOCLES. 520 At si ad prándium me in aédem vos dixíssem duceré. Vincerétis cervom cúrsu vel clavátorem gradú: Nunc vos quía mihi advocátos dixi et téstis duceré. Podagrosi éstis ac vicístis cocleam tárditudiné. ADVOCATI. An veró non iusta caússa est, quo currátur celeritér. (30)525 Ubi bibás, edas de aliéno quantumvís usque affatím? Quod tu invitus numquam réddas domino, quoius victum ederís. Sed tamén quomodocunque átque quamquam súmus pauperculi, Est domí, quod edimus: né nos tam contémptim conterás. Quicquid ést pauxillulum illuc nostrum, id ómne intust domí; (35)530 Neque nos quémquam flagitamus neque nos quisquam flagitat. Tua caussá nemo nostrórum est suos ruptúrus ramicés. AGORASTOCLES. Nimis irácundi estis: équidem haec vobis díxi per iocúm. ADVOCATI. Per iocum ítidem dictum habéto, quae nos tíbi respondimús. AGORASTOCLES. Obsecro hércle operam celócem hanc mihi, ne córbitam daté: (40) 535 Attrepidáte saltem, nám vos approperáre haud postuló. ADVOCATI. Si quid tú placide otióseque agere vís, operam damús: Si properás, cursores méliust te advocátos duceré. AGORASTOCLES. Scitis: rém narravi vóbis, quod vostra ópera mi opus siét. De lenóne hoc, qui me amántem ludificátur tam diú, (45) 540 Ei parátae ut sint insídiae de auro et dé servo meó. ADVOCATI. Omnia ístaec scimus iám nos, si hi spectátores sciánt: Horunc hic nunc caussa haec ágitur spectatorum fabulá: 520. cf. Isidor XV, 3, 2. 521. vel P. cum Varr. l. l. p. 350 ed. Spengel: V. et, D. t. Deinde clavatorem Turnebus: V. clabatorem, D. P. glabatorem. Varro gralatorem, Paulus p. 97 vincerctis cursu cervas et grallatorem gradu. 523. Non. 181, 18 cocleas. 524. D. At p. An. cf. Capt. 2, 2, 7. 525. V. et das p. edas. Deinde codd. omnes quantum uelis: sor. quantumvis. 526. V. de qui eedcris, D. P. de quo ederis: scr. quoius victum ederis. 527. V. quo meo quam qui qui, D. quo meo cum cui, P. quomodocunque, cui addidi atque. 528. cf. Non. 507, 10. 529. codd. omm. domi, quod addidi. 531. D. si p. est. P. nostrum suos est. cf. Non. 166, 7. 534. celocem P. cum Non. 533, 8. V. D. uelocem. 535. D. adprobare. 537. D. melius si. 538. P. Satis p. Scitis. 541. P.

sibi p. si hi. V. hic peccatores. 542. horune hic - haec agitur Camerarius: codd. horum hinc (nisi quod D, huic) - agitar haec.

. . .

1.0.5

11

ŝ.

ر د

Hos te sátius est docére, ut, quando agás, quid agas, sciánt. Nos tu né curassis: scímus rem omnem, quíppe omnes simúl Didicimús tecum una, ut réspondere póssimus tibí.

AGORASTOCLES.

lta profécto est. Sed agite, ígitur ut sciám vos scire, rém Expedite et mihi quae dúdum vobis díxi, dicité.

Advocati.

ltane témptas an sciámus? non meminísse nos ratús, Quomodó trecentos Phílippos Collybísco vilicó Dederis, quós deferret húc ad lenonem, ínimicum tuóm,

Isque se ut ádsimularet péregrinum aliunde éx alio oppidó. Ubi id detúlerit, tuo eo quaesítum servolum ádventes tuóm Cum pecúnia.

AGORASTOCLES.

Meministis memoritér: servastis mé.

ADVOCATI.

Ille negábit: Milphiónem quaeri cénsebit tuóm: 5 Id duplicábit omne fúrtum. leno addícetur tibí.

Ad eam rém nos esse téstis vis tibí.

AGORASTOCLES.

Tenetis rém.

ADVOCATI.

Vix quidem hércle, ita est pauxílla, digitulis primoribús. Agorastocles.

Hoc cito ét cursim est agéndum: propera iám quantum potést.

ADVOCATI.

Bene vale ígitur: te advocátos meliust céleris duceré: 39) Tardi súmus nos.

AGORASTOCLES.

Pessume ítis, optume hércle dicitís.

Quin etiám deciderint vóbis fulmina in talos velim.

ADVOCATI.

At edepól tibi nos in lúmbos linguam atque óculos in solúm.

543. P. hosce p. hos te. Deinde quid agas Acidalius: codd. quid agant. 545. D. dedicimus, P. deducimus. 546. P. om. est. 548. nos ratus Camerarius: codd. nostra. 549. P. Philippeos. D. Collabisco. 551. peregrinum aliunde Bothius: codd. peregrinum esse aliunde. 552. codd. is: scr. id. Deinde seruum: scr. servolum. 555. V. Id dublicauit, P. adduplicabit. 557. codd. pauxilla est: scr. est pauxilla. V. primordius. 558. P. properate iam. 559. codd. melius. 560. pessume itis optume Acidalius: codd. optume itis pessume. 561. V. D. femina, P. deciderunt vobis femura: scr. fulmina. 562. tibi nos Bothius: codd. nos tibi. D. at p. atque.

(50)

(55)

(60)

(65)

AGORASTOCLES.

Eia, haud vostrum est, iracúndos esse, quód dixi iocó.

Advocati.

Nec tuóm quidem est, amícis per iocum íniuste loquí. AgorastocLes.

565 Mittite istaec: quid velim, vos scitis.

Advocati.

Cállemus probé:

Lenoném periurum ut pérdas, id studés.

AGORASTOCLES.

Tenetis rém.

Ecce oppórtune egrediúntur Milphio úna et vilicús: Basilice éxornatus cédit et fabre ád fallaciám.

MILPHIO. COLLYBISCUS. AGORASTOCLES. ADVOCATI.

MILPHIO.

Iam tenés praecepta in córde?

COLLYBISCUS.

Pulcre.

MILPHIO.

Víde sis calleás.

COLLYBISCUS.

570 Quid opust vérbis? callum aprúgnum callere aéque non sinám. MILPHIO.

Fac modo út condocta tíbi sint dicta ad hánc fallaciám. Collybiscus.

Quin edepól condoctiór sum, quam tragoédi aut comicí. MILPHIO.

Probus homo és.

AGORASTOCLES.

Adeamus própius. assunt téstes.

MILPHIO.

Tot quidém (5)

Non potuísti adducere hómines magis ad hánc rem idoneós. 575 Nam istorúne nullus nefástust: comitiáles sunt merí.

566. V. leonem. D. studeas. 568. cedit Bothius: codd. incedit.

570. D. opus si. Deinde D. apugnum, P. apriullu, Non. 258, 11. aprunnm. cf. Pers. 2, 5, 4. 571. D. conducta. 572. D. conductor, P. indoctior. Deinde D. quam ut tragoedia comici, P. quam in traghoedia comici: scr. cum Camerario quam tragoedi aut comici. 573. D. est p. es. Deinde adeamus Gruterus: codd. adeam. 575. codd. istorum. D. nefastus st.

(70)

(III, 2, 8-22) 85 Ibi habitánt: ibi eos conspícias quam praetórem saepiús. Hodie iúris coctióres non sunt, quí lites creánt, Quam hi sunt, quí si nil est, quícum litigént, lites emúnt. (10)ADVOCATI. Di te pérdant. MILPHIO. Vos quidem hércle commodúm, quiqui tamén 380 Et bene ét benigne fácitis, quom ero amánti operam datís. Sed isti iám sciunt, negóti quid sit? AGOBASTOCLES. Omnem rem ordiné. MILPHIO. Tum vos ánimum advortite ígitur: hunc vos lénonem Lycum Novistís. ADVOCATI. Facile. COLLYBISCUS. At pol égo eum, qua sit fácie, nesció. (15) Eum voló mihi demonstrétis hominem. ADVOCATI. Nós curabimús. 585 Satis praecéptum est. AGORASTOCLES. Hic trecéntos nummos númeratos habét. ADVOCATI. Ergo nós inspicere opórtet istuc aúrum, Agorastoclés, Ut sciámus, quid dicámus mox pro téstimonió. AGORASTOCLES. Agite, inspicite. COLLYBISCUS. Aurum est profécto hoc, spectatóres, comicúm: (20) Maceráto hoc pingues fiunt auro in bárbaria bovés. 590 Verum ad hánc rem agundam Phílippum est.

POENULUS.

577. D. P. omm. iuris. Deinde P. doctiores. 578. quicum A. solus, quod ceteri prorsus omm. Deinde litigent A. solus: D. P. litium. Denique A. lites emunt, D. lites semunt, P. lites serunt. 579. A. CUM. ODUM. Inde scr. commodum. V. quo meo quin, D. quo meo quom, P. commendo. 581. omnem rem ordine Camerarius: D, in p. rem, P. omne in ordine, A. omnem in ordinem. 584. A. mihi uolo, 585. A. praeceptunst, ceteri omm. est. 588. D, totum versum tribuit Agorastocli, P. etiam verba: aurum est, quae A. Collybisco dat, Deinde profecto hoc A. solus: ceteri omm, hoc. Denique P. nimirum p. comicum. 590. A. agundumst philippumst, P. philippeum est. Deinde A. adsimulemus.

3*

PLAUTI

(25)

ADVOCATI.

COLLYBISCUS.

Ita nos ádsimulabimús.

Sed ita adsímulatote, quási ego sim peregrínus.

ADVOCATI.

Scilicét

Et quidém quasi tu nobiscum adveniens hódie oraveris, Liberum út commonstrarémus tibi locúm ét voluptariúm, Ubi ames, pótes, pergraccére.

MILPHIO.

Heu, edepol mórtales malós! AGOBASTOCLES.

595 Ego enim dócui.

MILPHIO.

Quis te pórro?

COLLYBISCUS.

Agite, intro abite, Agorastoclés, conspicétur leno, per fallaciaé

Ne hic vos mécum conspicétur leno, neú fallaciaé Praepedímentum obiciátur.

MILPHIO.

Hic homo sápienter sapít.

Facite, quód iubet.

AGORASTOCLES.

Abeámus. Ecqui hoc sátis dictum ést?

COLLYBISCUS.

Abí. (30)

AGORASTOCLES.

Abeo, quaéso, di immortáles!

COLLYBISCUS.

Quin abis?

AGORASTOCLES.

Abeo.

MILPHIO.

Sapis.

COLLYBISCUS.

600 St!

ADVOCATI-

Quid est?

592. A. om. hodie, 593. A. P. commostraremus. 594. P. amans posses. D. P. pergere p. pergraecere. 596. P. conspicietur. 597. D. domo p. homo. 598. codd. lubet. Deinde D. Habeamus. Denique codd. o. set ues: scr. ecqui hoc. 599. P. Si sapis. 600. D. Sitace (i. e. St tace): delevi tace. P. Atat. (III, 2, 32-3, 8)

POENULUS.

COLLYBISCUS.

Fores hae fecérunt magnum flágitium modó.

Advocati.

Quid id est flágiti?

COLLYBISCUS.

Crepuérunt clare.

Advocati.

Dí te perduínt.

Pone nós recede.

COLLYBISCUS.

Fiat.

Advocati.

Nos prióres ibimús.

COLLYBISCUS.

Faciunt, scúrrae quod consuérunt: pone sése homines locánt. (35) Advocati.

Heic homo ést, qui egreditur, léno.

COLLYBISCUS.

Bonus est, nám similis malo ést. 605 Iam nunc ílli ego egrediénti sanguinem éxsugam procúl.

LYCUS. ADVOCATI. COLLYBISCUS.

Lycus.

Iam istuc revortar, miles: convivas volo Reperire nóbis commodos, qui una siént. Interibi attúlerint exta atque eádem mulierés Iam ab re divína, credo, appárebunt domí. Sed quid huc tantum hóminum incedunt? écquidnam adferént? (5) Et illic chlamydátus quisnam est, quí sequitur procúl? Advocati.

Aetoli cíves te salútamus, Lycé, Quamquam hanc salútem ferimus ínviti tibí.

601. codd. omm. id: addidit Acidalius. P. perdant. 603. D. P. consueuerunt. V. pones esse. 604. codd. Illic: scr. Heic. D. P. malus p. malo, quod V. prorsus om. 605. codd. ego illi: scr. cum Guyeto illi ego.

606. codd. istuc ego reuortar, nisi quod V. reuotar: del. ego Guyetus. 607. D. P. omm. qui. 608. P. interim. D. attulerunt. 609. D. rediuiua. 611. illic Bothius: codd. ille. D. clamidatus — sequetur. 612. P. Aetolica veste. Post v. 613 sequitur in codd. omnibus versus hic: Et quamquam bene uolumus leniter lenonibus, qui occurrit etiam infra v. 26 huius scenae: delevit Bothius.

610

LYCUS.

PLAUTI

615

620

625

ADVOCATI.

Stic est thesaúrus stultis in lingua sitús, Ut quaestui hábeant male loquí melioribús.

Fortunati ómnes sitis, quód certo sció

Nec fore nec fórtunam id sitúram fierí.

LYCUS.

Viam qui néscit, qua devéniat ad maré, Eum oportet ámnem quaereré comitem sibí. Ego male loquéndi vobis néscivi viám: Nunc vos mihi ámnes estis: vós certum est sequí. Si benedicétis, vostra vós Tipa sequár: Si maledicétis, vostro grádiar limité.

Advocati.

Malo benefácere tantundem ést periculúm, Quantum bonó malefacere.

LYCUS.

Quí vero?

Advocati.

Sciés.

Malo si quíd benefacias, béneficium interit: Bono si quíd malefacias, aétatem expetit.

LYCUS.

Facete dictum. Sed ad me quid istuc attinét? ADVOCATI.

Quia nos honóris tui caussa ád te venimús, Quamquam bene vólumus lenitér lenonibús.

LYCUS.

Si quid boni ádportatis, hábeo gratiám.

ADVOCATI.

Boni de nóstro tibi nec férimus, nec damús, Neque pollicémur, neque adeó volumus datúm.

614. D. certe. 615. D. et fortunam p. nec fortunam. Deinde id sitaturam, P. id si saturam. 616. codd. Istic: sor. Stic. D. thensaurus. 618. P. adveniat. 621. P. consequi p. est sequi. 622. vos ripa Bothius: codd. ripa uos. 624. P. tantum p. tantundem. 625. qui vero P. solus: V. quid uero, D. quid, om. vero. 626. codd. ceteri id beneficium interit, A. aetatem expetit. Delevit id Bentl. ad Eun. 1, 2, 69. 627. A. quidemalefacias etatem expetit. D. geminat etatem. 628. V. facite. D. om. dictum. Deinde codd. omnes quid istuc ad me: scr. ad me quid istuc. 629. A. causa ad te: ceteri caussa huc ad te. 631. A. adportabtis. 632. V. a m. pr. bono. codd. praeter A. omnes addunt tibi post damus. 633. A. Necque.

630

38

(15)

(10)

(20)

(25)

(111,	3, 30–46) POENULUS.	39
	Lycus.	
	Credo hercle vóbeis: ita vostra ést benignitás.	(30)
5	Sed quid nunc vóltis?	()
	ADVOCATI.	
	Hunc chlamydátum, quem vidés	,
	Ei Mars irátust.	-
	Collybiscus.	
	Capiti vóstro istuc quidém.	
	Advocati.	
	Hunc nunc, Lyce, ád te diripiúndum adducimús.	
	Collybiscus.	
	Cum praeda hic hódie incedet vénator domúm.	
	Canes compéllunt in plagás lepide lupúm.	(35)
	LYCUS.	
0	Quis hic est?	
	Advocati.	
	Nescímus nos quidem istum qui siét,	
	Nisi dudum máne ad portum utí processimús,	
	At eccistum é navi excúntem onerariá	
	Videmus. ádiit ad nos éxtemplo exiéns.	
	Salutat: réspondemus.	
	Collybiscus.	
	Mórtalis malós!	(40)
5	Ut ingrediúntur docte in sycophantiám!	
	Lycus.	
	Quid deinde?	
	ADVOCATI.	
	Sérmonem ibi nobíscum copulát.	
	Ait se peregrinum esse huius ignarum oppidi.	
	Locum sibi vélle liberám praeberiér,	(45)
•	Ubi nequam fáciat. nos hominem ád te adduximús.	(45)
0	Tu, sei te dei amant, age tuám rem: occasio ést.	
634	4. uobeis A. Deinde uestra. Denique D. P. omm. est. 635. A.	totum
versum inde A. lus: cet	dat Lyco. D. clamidatum. 636. iratust A. solus: reliqui iratus est uestro. P. capiti vero vostro. 637. D. lice. Deinde diripiundum eri diripiendum. 638. D. P. reda. P. incedit. 639. lupum A. sol quod P. prorsus om. 640. quidem istum A.: ceteri istum qu	. De- A. so- us: D.
	ne A: ceteri a mane. Deinde ad portum uti Bothius: codd. cum A	
	ad portum. 642. codd. cum A. omnes Atque istum: scr. At ecc	
	ot. ad Trin. v. 186 p. 139. 643. P. Vidimus. 645. D. sicopha	
	nobiscum A. solus: ceteri nobiscum ibi. D. copulant. 647. V	
	faciet — om. ad te. 650. sei te dei A.: ceteri si te di. Deind as: codd. cum A. omnes agere. Denique A. occasiost.	~ ~ <u>~</u> ~
	~	

,

PLAUTI

LYCUS.

Itane ille est cúpiens?

Advocati.

Aurum habét.

LYCUS.

Praeda haec mea ést.

Advocati.

Potare, amáre volt.

LYCUS.

Locúm lepidum dabó.

ADVOCATI.

At enim clam fúrtim hic esse vólt, ne quis sciát Neve arbitér sit, nam hic latro ín Sparta fuít, Ut quidem ipse nóbeis dixit, ápud regem Attalúm. Inde huc aufúgit, quoniam cápitur oppidúm.

COLLYBISCUS.

Nimis lepide dé latrone: dé Sparta optumé.

LYCUS.

Di deaeque vóbis multa bóna dent, quom mihí

Et bene praecípitis et bonám praedam datís.

ADVOCATI.

660

655

Immo ut ipse nóbis dixit, quo áccures magís,

Trecentos númmos Philippos pórtat praesidí.

LYCUS.

Rex sum, si ego illunc hodie ad me hóminem adlexeró. Advocati.

Quin hic quidem túos est.

Lycus.

Obsecro hércle, hortaminí,

Ut devortátur ad me in hóspitium optumúm. (60) ADVOCATI.

665

Negue nos hortári, negue dehortári decét

Hominem peregrínum: tuam rem tú ages, si sapís.

Nos tibi palúmbem ad aream úsque adduximús:

Nunc te illum méliust capere, cáptum si esse vís-

653. codd. cum A. omnes hic clam furtim, nisi quod P. exhibet furtum et, V. om. clam: scr. clam furtim hic. Deinde ne quis sciat A. solus: D. ne quis sciant, P. ne qui sciant. 655. nobeis A. 656. codd. ceteri inde nunc aufugit, A. om. nunc: scr. cum Weisio huc. 657. A. optumo. 658. V. uotis uobis. 660. A. accureis, D. P. accurres. 661. P. Philippeos. Deinde praesidii Gulielmus: V. D. P. prae sibi, nisi quod D. pre. 662. illune Bothius: codd. illum. Deinde A. om. ad me. 666. D. hominum — tuam gessi p. tuam rem tu ages si. 667. A. usquae. 668. codd. omnes melius — si captum, nisi quod V. D. castum: scr. meliust — captum si.

(50)

(55)

POENULUS.

Lycus.

Iamne itis?

COLLYBISCUS.

Quid, quod vobeis mándavi, hospités? ADVOCATI.

670

Cum illoc te méliust, rem tuam, ádulescens, loquí. Heic est ad ístas res probús, quas quaeritás.

COLLYBISCUS.

Videre equidém vos vellem, cum huíc aurum darém.

Advocati.

Illinc procúl nos istuc inspectabimús.

COLLYBISCUS.

Bonam dedístis operam míhi.

Lycus.

It ad me lucrúm.

COLLYBISCUS.

675 Illuc quidém, quorsum asinus caédit calcibús.

LYCUS.

Blande hominem cómpellabo. Hóspes hospitém Salutat: sálvom te adveníre gaudeó.

COLLYBISCUS.

Multa tibi dei dent bona, quom mé salvom esse vis.

Lycus.

Hospitium te áiunt quaeritáre. Collybiscus.

Quaeritó.

(75)

LYCUS.

680

Id illi dixérunt, quei hinc a me ábierunt modó Te quaeritáre a muscis.

COLLYBISCUS.

Mínime gentiúm.

Lycus.

Quid ita?

COLLYBISCUS.

Quia a múscis si mi hospítium quaererém, Adveniens írem in carcerém recta viá.

669. uobeis A. 670. Deinde meliust A.: ceteri melius. Denique rem tuam Guyetus: codd. tuam rem. 671. codd. Illic: scr. Heic. 674. operam mihi Bothius: codd. mihi operam. 675. Illuc Acidalius: codd. Illud. Deinde P. Collybisci personam inserit post quidem, ut praecedentia ad Lycum pertineant. 678. quom A. solus: V. quo, D. P. cum. 680. codd. Ita: scr. Id. Deinde quei A. 681. A. Ah minime gentium. 682. codd. cum A. omnes omm. a. 683. codd. praeter A. omues: adueniens hue irem.

(65)

(70)

Ego id quaero hóspitium, ubi ego cúrer molliús,

(80)

685

LYCUS.

Edepol ne illúd tibi possum féstivom daré, Siguidem potés pati esse te in lepido locó, In lecto lépide strato, et lépidam mulierém Complexum cóntrectare.

Quam regi Antiócho oculi cúrari solént.

COLLYBISCUS.

Is, leno, viám.

LYCUS.

Ubi tu Leucádio, Lesbió, Thasio, Chió, Vetustate vino edentulo aétatem inrigés: Ibi te replébo ego usque unguéntum geumatís. Quid multa vérba? faciam, ut, úbi tu laverís, Ibi balneátor faciat únguentariám. Sed haec latrócinantur, quae égo dixi, omniá.

COLLYBISCUS.

Quid ita?

LYCUS.

Quia aúrum poscunt praésentariúm.

COLLYBISCUS.

Quin hercle accipere tu non mávis, quam ego daré. ADVOCATI.

Quid si evocémus huc forás Agorastoclém,

Ut ipsus téstis sit sibí certissumús?

Heus tu, qui fúrem captas, égredere ociús,

Ut tute inspéctes aurum lénoni darí.

684. D. hostium. 685. P. D. omm. oculi. P. solet. Hiatum non sollicito. 686. illud tibi possum Hermannus: P. tibi possum illud, D. tibi possum illum, A. tibi illum possum. 687. A. esse te pati. Inde scr. cum Weisio pati esse te: codd. ceteri esse pati, om. te. 688. codd. praeter A. omnes omm. et. 689. D. contractare. 690. codd, praeter A. omnes Choo p. Chio. 692. A. Ibi ego te replebo: scr. Ibi te replebo ego. codd. ceteri Ibi te replebo. Deinde codd. praeter A. omnes egeumatis. 693-694. codd. cum A. omnes: ubi tu laueris, Ibi ut: scr. ut, ubi tu laveris, Ibi. 697. D. Qui p. Quin. Deinde A. quin p. quam. Denique D. darem. Dehinc in codd. praeter A. omnibus sequitur versus hic: Quin sequere me intro. Duc me ergo intro: addictum tenes, qui occurrit infra v. 10 scenae insequentis. Delevit iamdudum Acidalius. 698. P. foras huc. Post hunc versum demum in A. sequentur verba: Quin sequere me intro. Duc me ergo intro, quae versum totum implent, et statim, versu novo incipiente: Si exierit leno, quid tum hominem interrogem, quae desumta sunt ex v. 20 scenae insequentis. 699. ipsus A. solus: ceteri ipse, D. P. certi sumus. 700. qui D. solus: V. quis, P. quid. 701. codd. dare: sor. dari.

690

695

700

(90)

(85)

(95)

(III, 4, 1-13)

:05

10

POENULUS.

AGORASTOCLES. ADVOCATI. COLLYBISCUS, LYCUS.

AGORASTOCLES.

Quid est? quid voltis, testes?

ADVOCATI.

Spécta ad dexterám.

Tuos servos aúrum iam ipsi lénoni datát. COLLYBISCUS. Age, accipe hóc sis: hic sunt númerati aureí Trecenti númmi, qui vocántur Philippeí.

Hinc me procúra: propere hosce ábsumi voló. (5). Lycus.

Edepol fecísti prodigúm promum tibí-Age, eamus íntro.

> COLLYBISCUS. Te sequór. Lycus.

> > Age, age, ambulá.

Ibi quaevis rélicua alia fábulabimúr. Collybiscus.

Eadem narrábo tibi res Spártiaticás.

LYCUS.

Quin sequere me érgo.

COLLYBISCUS.

Abduc intro: áddictum tenés. (10)

AGORASTOCLES.

Quid nunc mi auctóres estis?

Advocati.

Ut frugi siés.

AGORASTOCLES.

Quid, si animus ésse non sinít?

Advocati.

Esto, ut sinít.

AGORASTOCLES. Vidistis, léno cum aurum accépit?

ADVOCATI.

Vidimús.

703. codd. omm. iam, quod addidi. V. D. P. dabat. 704. D. seic p. hic. 705. D. Philippi. 706. V. apsumi. 707. D. prodigium. 709. codd. lbique reliqua: scr. Ibi quaevis relicua. 710. P. Equidem p. Eadem. V. spartiacos, D. spartiacas, P. sparticas. Correxit Camerarius. 712. D. spes p. sies. 715

AGORASTOCLES.

Eum vos meum ésse servom scitis? Advocati.

Scivimús.

AGORASTOCLES.

Rem advorsus pópuli saepe léges? Advocati.

Scivimús.

(15)

Em istaec volo érgo vos comméminisse omniá, Mox ad praetórem cum usus véniet.

ADVOCATI.

AGOBASTOCLES.

Meminimús.

AGORASTOCLES.

Quid si recénti re aedes púltem? Advocati.

Meus servos ád eum venerítne?

Censeó.

AGORASTOCLES.

720

725

Si pultem et nón recludet?

Advocati.

Pórtam frangitó.

AGORASTOCLES.

Si exierit léno, quid tunc? hóminem interrogém,

Advocati.

Quippiní?

AGORASTOCLES.

Cum auri ducéntis nummis Philippis? Advocati.

Quippiní?

• AGORASTOCLES.

Ibi extemplo léno errabit.

Advocati.

Quá de re?

AGORASTOCLES.

ADVOCATI.

Rogás?

Quia centum númmis minus dicétur.

Bene putás.

716. P. esse p. saepe. 717. Charis. p. 240 cd. Keil ego vos meminisse. 718. codd. cum ad praetorem: scr. ad praetorem cum. Deinde V. memiminimus. 720. codd. omm. et, quod addidi. D. recludit. Deinde V. D. panem, P. pede: scr. portam. 721. A. quid tum. cf. quae dixi ad v. 698. V. censeris, D. a m. pr. censeo, correctum in censent, P. censetis. 722. codd. seruus si ad: delevi si. 725. codd. dicerctur. P., qui haec Agorastocli tribuit: Bene putastis.

(20)

(III, 4, 25–35)

POENULUS.

AGOBASTOCLES.

Alium censébit quaeritári.

Advocati.

Scilicét.

AGORASTOCLES.

Extemplo dénegabit.

ADVOCATI. Iúratus quidém.

AGORASTOCLES.

Homo furti sése adstringet.

Advocati.

Haúd dubium id quidem ést.

AGORASTOCLES.

Quantum quantum ad eum erit delatum.

Advocati.

Quippini?

AGORASTOCLES.

Ibo et pultábo ianuam.

0

ş

Advocati.

Ito. quippiní?

AGOBASTOCLES.

Diespitér vos perduit.

Advocati.

Te quippini?

AGORASTOCLES.

Tacendi témpus est: nam crépuerunt forés. Foras egrédier video lénonem Lycúm. Adeste, quaéso.

ADVOCATI.

Quippiní? sine, si volés,

Operire cápita, ne nos léno noverít, Qui illi malaé rei tantae fúimus inlicés.

(35)

728. D. ses adstringit, P. se p. sese. Deinde codd. omm. est. Addidit Camerarius. 729. P. om. quantum alterum. v. 730 in codd. cum insequente commutatus est: ordinem restituit Acidalius. Ceterum codd. Ita: scr. Ito. 731. P. Perduint. 733. egredier V. solus: D. egredietur, P. egreditur. Adv. Vide. 34. codd. omm. sine, quod addidi. 735. leno nouerit V. solus: D. leno rit, P. Eno viderit. 736. D. cui illi marae ire it fuimus, P. ante p. tantae — indices. Non. 446, 33 quid illi tantae rei fumus inlix.

45

(25)

(30)

(5)

(10)

LYCUS. AGORASTOCLES. ADVOCATI.

LYCUS.

Suspendant ómnes nunc iám se haruspicés, Quam ego illis pósthac, quod loquántur, creduám, Qui in re divína dudum dícebant mihí Malum damnúmque maxumúm portendiér! Ecce explicávi meam rem póstilla lucró.

AGORASTOCLES.

Salvos sis léno.

Lycus.

Di te amént, Agorastoclés.

AGORASTOCLES.

Magis me benígne nunc salútas, quam antidhác.

Lycus.

· Tranquillitás evenit, quási navi in marí:

Utquomque est véntus, exin vélum vortitúr.

AGORASTOCLES.

Valeant apúd te, quos volo, átqui haud te voló.

LYCUS.

Valent ut póstulatum est, vérum non tibí.

AGORASTOCLES.

Mitte ad me, sódes, hodie Adélphasium tuám Die festo célebri nobilíque, Aphrodisiís.

LYCUS.

Calidum prandísti prandium hódie? die mihí. Agorastocles.

Quid iam?

Lycus.

Quia ós nunc frigefáctas, cum rogás. (15) AGORASTOCLES.

Hoc age sis léno: servom esse aúdivi meúm Apud te.

Lycus.

Apúd me? numquam fáctum reperiés.

787. A. sese. 738. Quam A, solus: ceteri Quid. 740. A. D. maximum. P. portendieri. 741. codd. Is: scr. Ecce. Deinde A. explicauit. V. post illam. 743. P. antehac. 745. D. exim, P. exit. 746. P. quas. Deinde codd. atque: scr. atqui. 747. P. valeant. 748. sodes Camerarius: A. D. si audes, P. si audies. 749. V. Afrodisiis. 851. D. hos. P. frigefacias. 753. D. Apud numquam me. V. om. me.

745

740

POENULUS.

AGOBASTOCLES.

Mentire, nam ád te venit aúrumque attulit. Ita mihi renúnciarunt, quíbus credo satís. Lycus.

Malus es: captátum me advenís cum testibús. Tuorum apúd me nemo est néc quicquam tuí.

AGORASTOCLES.

Mementote illuc, advocáti.

ADVOCATI:

Meminimús.

LYCUS.

Ha ha he! iam téneo quid sit: pérspexi modó. Hi, qui illum dúdum conciliáverunt mihí Peregrinum Spártanum, id nunc hís cerebrum uritár, Me esse hos trecéntos Philippos fácturum lucrí. Nunc hunc inimícum quia esse scíverunt mihí, Eum adlegárunt, suom qui sérvom dicerét Cum auro esse apúd me: composita ést fallaciá, Ut eo me prívent atque intér se dividánt. Lupo agnum erípere postulánt: nugas agúnt. AGOBASTOCLES.

Negasne apúd te esse aurum néc servom meúm? Lycus.

Nego et negándo, si quid réfert, arguám.

Advocati.

770

Periisti léno. nam iste est húius vilicús, Quem tibi nos ésse Spartiátem diximús, Qui ad te trecéntos Philippeós modo detulít. Idque adeo in ístoc aurum inést marsupió.

LYCUS.

Vae vostrae aetáti!

ADVOCATI.

Id quidem in mundo est tuaé.

754, D. maurumque. 755. codd. omnes renunciatum est, nisi quod A. re-757. D. P. omm. est. nunciatumst: scr. renunciarunt. 756. D. aduenit. 759. D. perspexit. 761. his cerebrum uritur Camerarius: D. hisce crebro auritur, P. hisce credo auditum, V. haec omnia om. 764. adlegarunt Bothius: codd. adlegaverunt. 768. P. Nugasne. 769. V. a m. pr. auia, deinde rauia. Inde scr. arguam. D. P. anio. 770. P. om. est. 771. D. sparuatem, P. sparihanum. 772. V. atte, D. a te. Deinde codd. Philippos: scr. Philippeos. 773. D. in istoc ado p. adeo in istoc, P. om. adeo. 774. P. nostrae, V. D. omm. in. P. nunc p. in mundo.

(20)

47

(30)

(25)

(35)

755

760

PLAUTI

AGORASTOCLES.

775

Age, omitte actútum, furcifér, marsupiúm:	
Manufesto fúr es. Mihi, quaeso, hércle operam daté,	· (40)
Dum me vidétis servom ab hóc abduceré.	
Lycus.	
Nunc pol ego périi certo, haud árbitrarió.	
Consulto hoc fáctum est, mihi ut insídiae fierént.	
Sed quid ego dúbito fugere hinc in malam erucém,	
Priusquam obtórto collo ad praétorem trahór?	(45)

(49)

.

(50)

AGORASTOCLES. COLLYBISCUS. ADVOCATI-

Eheu! quam ego hábui hos ariolós aruspicés, Qui si quid bóni promittunt, pró spisso evenít: Id, quod malí promittunt, praésentarium ést.

Nunc ibo: amícos consulám, quo me modó Suspendere aéquom censeánt potissumúm.

AGORASTOCLES.

Age tu, progrédere, ut testes vídeant te, hinc forás. Estne hic meus sérvos?

COLLYBISCUS.

Sum hercle véro, Agorastoclés.

AGORASTOCLES.

Quid nunc? sceléste leno!

Advocati.

Quícum litigás,

790

AGORASTOCLES.

· Utinam hinc abierit malam crucém.

Advocati.

Ita nos velle aéquom est.

AGORASTOCLES.

Cras subscríbam homini dicám. (5)

COLLYBISCUS.

Numquid me?

Abscessit.

777. videtis Guyetus: D. uideatis, P. videritis. 781. V. Priusquam hine optorto. 782. P. heu heu. V. quom, D. cum. Deinde codd. omm. hos, quod addidi. 783. D. bene. Non. 392, 21 quia quid bene. Deinde P. et Non. perspisso. D. promittunt presentarium est, intermediis omissis. 784. Non. praesentari est.

787. D. Agetur. Deinde D. te istine. Inde scr. te hine. V. te re istine, P. te ire istine. 788. codd. seruus meus? Sum mehercle: scr. meus servos et cum Weisio Sum hercle. 791. D. susscribam, P. scribam. 792. D. Numqui me? Abscedas. P. Numquid abscedam? Agorast. Sumas etc.

785

(III, 6, 6-IV, 1, 6)

POENULUS.

AGORASTOCLES.

Abscédas: sumas órnatum tuóm.

COLLYBISCUS.

Non sum nequicquam miles fáctus: paululúm	
Praedae intus féci, dum lenónis familiá	
Dormitat: éxtis sum satúr factus probé.	
Abscedam hinc intro.	

AGORASTOCLES.

Factum a vóbis comitér.	(10)
Bonam dedistis, advocáti, operam mihí.	
Cras mane, quaéso, in comitio éstote obviám.	
Advocati.	•.
Iniuriam illic insignite postulát:	
Nostro servíre nos sibí censet cibó.	(15)
Verum ita sunt ómnes isti nóstri divités:	• •
Si quid benefácias, levior plúma est gratiá:	
Si quid peccátum est, plumbeás iras gerúnt.	
Domos abeámus nostras, súltis, nunc iám,	•
Quando id, quoi rei óperam dedimus, impetravimús,	(20)
Ilt pardarámus comunitáriam civitár	

Ut perderémus corruptórem civiúm.

MILPHIO.

Exspecto, quó pacto meaé tecinae procéssurae siént. Studeo hunc lenónem perderé, qui meum erum mísere macerát: Is me autem pórro verberát, incursat púgnis, calcibús.

810 Servire amánti miseria ést, praesertim quí, quod amat, carét. At eccum e fáno reciperé video se Syncerastum, (5) Lenonia cárucon, quid habeát cormonia cáraultabo

Lenonis sérvom: quid habeát sermonis, aúscultabo.

795. P. satis p. extis. Post v. 798 in codd. sequentur haec: Tu sequere me intro. uos ualete. A du. Et tu uale, quae delevi. Abscessit enim Collybiscus intro iam v. 796. 800. P. sibi nos. 801. codd. omm. omnes: addidit ed. Brixiana. 803. P. quidem p. quid. 804. D. stultis, P. si vultis iam nunc. 805. D. re.

807. D. expecto. Deinde V. techine, D. tehine, P. technae. 808. qui P. solus; V. uit, D. ut. 809. P. aut p. autem. 811. codd. omnes Attat: scr. At eccum. cf. adnot. ad Trin. 186 p. 179. D. sincerastum. 812. P. qui. V. D. sermones.

49

795

£00

SYNCERASTUS. MILPHIO.

SYNCERASTUS.

Satis spectátum est, deos atque hómines eius neglégere gratiám, Cuius hominis erus est consimilis, velut ego hábeo hunc huiusmodí.

815 Neque periúrior neque pélor alter úsquam est gentiúm,
Quam erus méus est, neque tam lúteus neque tam coéno conlitús.
Ita me dí ament, vel in lautúmiis, vel in pistríno mavelím (5)
Agere aetátem, praepedítus latera fórcipe ferreó,
Quam apud lenónem hunc servitútem colere. Quód illuc est genús!

820 Quae illic hóminum corruptélae fiunt! dí, vostram fidém!
Quodvis génus ibi hominum vídeas, quasi Accherúntem venerís.
Equitem, péditem, libertínum, furem ac fúgitivom invenís, (10)
Verberátum, vinctum, addíctum: qui habet, quód det, utut homo ést.
Omnia génera recipiántur, itaque in tótis aedibús

825 Tenebrae, látebrae: bibitur, éstur: quasi iu popína; haud est secús. Ibi tu vídeas litterátas fictilés epistulás,

Pice signátas: nomina insunt cubitum longis fitteris. (15) Ita vináriorum habémus nostrae délectum domí.

MILPHIO.

Omnia édepol mira súnt, nisi erus hunc héredem facít,

830 Nam is quidem út meditatur, illi verba fácit emortuó.

Et adiré lubet hominem, et autem nimis eum ausculto libéns.

SYNCERASTUS.

Haec cum hic video fieri, crúcior, pretiis émptos maxumís Apud nos éxpeculiátos servos fieri suis erís.

(20)

Sed ad postrémum nihil apparet: male partum male disperit.

MILPHIO.

835 Proinde habét hic orationem, quasi ipse sít frugi bonaé, Qui ipsus hércle ignaviorem potis est fácere ignaviám.

813. V. neclegere. 814. D. Quohi homines, P. Eiusmodi: scr. cuius hominis. Deinde codd. et p. est. P. consimiles. Denique hune Bothius: codd. nunc. 817. P. latinis. In D. sequitur hic versus post v. 10 huius 816. D. om. est. 818. V. praeditus. Deinde codd. omnes latere forti ferro: scr. forcipe scenae. ferreo, 819, quod Bothius: codd. quid, P. filic. V. a m. pr. et. 820. D. corruptellae. 822. V. equitaem peditaem. Deinde ac P. solus: V. D. ad. Denique codd. uelis: scr. invenis. 823. P. debet p. det. Deinde utut P.: D. ut. 825. V. hau secus, D. P. haud secus: addidi est. 826. P. om. fictiles. 828. codd, dilectum. 830. is quidem ut meditatur illi Acidalius: codd. id quidem illi meditatur, nisi quod P. medicatur. 831. P. om. Et: equidem p. et autem. Quod accentum adtinet in ultima syllaba vocis adire, cf. Capt. 2, 3, 64 et Rud. 4, 2, 16. 832. P. emptus. 833. D. suus ceris, P. sic videns. 834. V. posterum. V. D. parum, 835, D. P. omm. hic, 836, D. P. hercle ipsus, D. poti est, P. om. est,

(IV, 2, 25-84)

POENULUS.

SYNCERASTUS.

Nunc domum haée ab aede Véneris refero vása, ubi hostiís (25) Erus nequívit propitiáre Venerem súo festo dié.

MILPHIO.

Lepidam Vénerem!

SYNCERASTUS.

Nam meretrices nostrae primis hostiis

340 Venerem plácavere extémplo.

MILPHIO.

O lepidam Vénerem denuó!

SYNCERASTUS.

Nunc domum ibo.

MILPHIO.

Heus, Synceráste

SYNCERASTUS.

Syncerástum quis vocát?

MILPHIO.

Tuos amícus.

SYNCEBASTUS.

Haud amíce facis, qui cum ónere offers morám. (30) MILPHIO.

At ob hanc rémoram tibi reddam óperam, ubiubi volés, ubi iusserís. Habe rem páctam.

SYNCERASTUS.

Si futúrum est, do tibi óperam hanc.

MILPHIO.

Quomodó?

SYNCERASTUS.

s45 Ut enim, míhi ubi vapulándum est, tute córium sufferás.

MILPHIO.

Apage.

SYNCERASTUS.

Néscio, quid virí sis.

MILPHIO.

Malus sum.

837. D. aedi. 838. nequivit P. solus: V. nequuti, D. necuti. 839. D. primus hostis, V. om. primis. 840. D. exemplo. 841. D. sinceraste. Sincerastum. Deinde codd. qui p. quis. 842. D. cuiquam p. qui cum. Deinde A. offeras. 843. A. moram, ceteri rem: scr. remoram. Deinde D. P. omm. operam. Denique codd. omnes ubi: scr. ubiubi. 844. P. Sinc. Haberem pactum futurum si tibi si do tibi operam hane modo. D. futurum si (p. st). 845. codd. omnes ubi mihi: scr. mihi ubi. Deinde Non. 397, 3 sit p. est. Denique tute A. solus; ceteri tu.

PLAUTI

(IV, 2, 34-41)

SYNCERASTUS.

MILPHIO.

. .

Tibi sis.

Te voló.

(35)

SYNCERASTUS.

At onus úrget.

MILPHIO.

At tu appone et respice ád me. Syncerastus.

Quamquam haud ótium est.

MILPHIO. Salvós sis, Synceráste. Syncerastus.

O Milphió,

Feceró.

Di omnes déaeque ament

MILPHIO. Quemnam hóminem?

SYNCERASTUS.

850 Nec meum erum ádeo. Nec te, néc me, Milphió,

> MILPHIO. Quem ament igitur?

Syncerastus.

Aliquem, dígnus qui siét.

Nam nostrórum nemo dígnust.

MILPHIO.

SYNCERASTUS.

Lepide lóquere.

. .

Me decét.

Quid agis?

SYNCERASTUS.

Milphio.

Fácio, quod manufésti moechi hic haú ferme solént. (40) MILPHIO.

Quid id est?

.

846. A. tibi si sis. 848. A. otiumst. P. sit. D. sinceraste, V. si sincere. 849. A. Dei. Deinde D. om. que. Denique D. om. me, P. om. nec me. 850. codd. cum A. omnes Neque erum meum: scr. Nec meum erum. Deinde aliquem dignus qui siet A. solus: D. aliquem, P. alium, ceteris omissis. 851. D. P. lepidum eloquere. 852. V. quid p. quod. Deinde A. manufesti moechi hau, V. manifesto imoechi haud, D. P. manufesto himechi haud. Bothius manifesto moechi hac. (IV, 2, 41-51)

POENULUS.

SYNCERASTUS.

Réfero vasa sálva.

MILPHIO.

Di te et túom erum perduínt.

SYNCERASTUS.

Me non pérdant: illum pérdant. facere póssum, si velím, 🧰

855 Meum erum ut pérdant, nei mihi métuam, Milphió,

MILPHIO.

Quid id est? cedó.

SYNCERASTUS.

Malus es.

MILPHIO.

Málus sum.

Syncerastus.

Male mihi ést.

MILPHIO.

Memoradum! num ésse aliter decét? Quid est, quod mále sit tibi, cui dómi sit, quod edis, quód ames, adfatím? (45) Neque trióbolum ullum amícae das et dúctas gratieís.

Syncerastus.

Diespitér me sic amábit,

MILPHIO.

Ut quidem édepol dignus és.

SYNCERASTUS.

860 Ut ego hanc fámiliam interíre cupio.

MILPHIO.

Adde óperam, si cupís.

SYNCERASTUS.

Sine pennis volare hau fácile est: meae alae pénnas non habént.

MILPHIO.

(50)

Noli edepól devellere: ístae iam his duóbus mensibús Volucres tíbi erunt tuae hirquínae.

853. A. Dei. D. perdunt. 854. perdant: illum perdant Acidalius: A. perdant illum ut perdant, P. perdent illun ut perdant, V. perde nullum ut perdant, D. per hercle hullum ut perdant. Deinde possum A. P.: D. possim. 855. nei D. solus: A. ni, P. hei, V. ne mihi mei tuam. 856. A. P. omm. Milphio prius. Deinde A. memoranum, ceteri memorandum: scr. memoradum num. 857. tibi cui domi sit A. solus: V. quoi domi sit, D. quomisit, P. cui id omen sit. Deinde codd. cum A. omnes quodque ames: scr. cum Weislo quod ames. 858. gratieis A.: D. gratiis, P. gratis. 861. hau A.: ceteri haud. A. facilest. Deinde D. pinnas habent, om. non. 862. Noli A. solus: ceteri Nolito. Deinde codd. omnes deuellisse, nisi quod A. deuelisse: scr. devellere istae. 863. D. P. omm. tuac. De hiatu cf. Lachmann ad Lucr. p. 200.

SYNCERASTUS. I in malám rem.

MILPHIO.

I tu atque erús.

SYNCERASTUS.

Verum ením, si modo eum nóris, cito homo pérvorti potést. MILPHIO.

865 Quid iam?

SYNCERASTUS.

Quási tacere véro quicquam pótis sis! MILPHIO,

Rectiús

Tacitus tíbi res sistam, quám quod dictum est mátae mulierí. SYNCEBASTUS.

Animum indúcam facile, ut tíbi istuo eredam, ní te noverím. (55) / MILPHIO.

Crede audácter meo períclo.

Syncerastus.

Male credam ét credam tamén.

MILPHIO.

Scin tu erúm tuom ero meo ésse inimicum cápitalem?

SYNCERASTUS,

. -

Sció.

1

MILPHIO.

870 Propter amórem.

Ξ,

: •

SYNCERASTUS.

Omnem operam pérdis.

. .

MILPHIO.

Quid iam?

SYNCERASTUS.

Quía doctum docés.

MILPHIO.

Quid ergo dúbitas, quin lubénter tuo ero méus quod possiét

863. D. om. I, A. om. in. P. orucem p. rem. 864. codd. qui: scr. si. Deinde modo Guyetus; codd. homo. noris P. solus; ceteri cum A. norit. Denique cito codd. ceteri omnes: A. norit.....scito. Quid exciderit, non assequor. 865. A. qui personam Syncerasti omittit: quasi tu tacere uero quicquam potis es rectius. Ceteri omn. uero et exhibent sis p. es. Inde scr. quasi tacere vero. 866. P. citius p. tacitus. Deinde res sistam Bothius (Palmerius rem sistam): codd. resistam. Denique mutae A.: V. muta, P. malae, D. male. 867. D. credamini. 868. codd. periculo. 869. codd. meo ero: scr. ero meo. 871. D. qui p. quin. A. D. quid p. quod. P. possit. Facere, fáciat male, eius mérito? tum autem sí quid tu adiuvás, (60) Eo facilius facere póterit.

SYNCEBASTUS.

At ego hoc métuo, Milphió, MILPHIO.

Quid est, quod métuas?

SYNCERASTUS.

Dum ero insidias paritem, né me perduím: 875 Si erus méus me esse elocútum cuiquam mórtalei sciát,

Continuo iste ex Syncerasto me crurifragum fecerit.

MILPHIO.

Numquam edepól mortalis quisquam fiet é me cartiór, (66) Nisi ero méo uni indicásso atque ei quoque, út ne epuntiét, Id esse fácinus ex te exórtum.

SYNCERASTUS.

Male credam ét credam tamén.

880 Sed hoe tu técum tacitum habéto.

MILPHIQ.

Fidei non mélius creditúr.

Loquere, locus occasioque est, libere hic; soli sumús,

SYNCEBASTUS,

Erus si túos volt facere frúgi, meum erum pérdet.

Qui id potést? (70)

SYNCERASTUS.

MILPHIO.

Facile.

MILPHIO.

Fác ergo id facile nóscam ego, ut ille póssit nosceré. SYNCERASTUS.

Quia Adelphásium, quam erus déamat tuos, ingénua est.

MILPHIO.

Quo modó?

• 1

872. D. faciant — autem eius merito tum. 873. facere poterit A. solus: P. poterit facere, D. poteris facere. 874. paritem P. solus: D. parilem, A. pariter. Deinde A. ne me perd...., D. ne a te perdam, suprascr. i, P. ne a te perdiar: sor. ne me perduim. 875. elocutum — mortalei A. solus: cateri locutum — mortali. D. scias. 876. A. V. is me ex Syncerasto crurifragium fecerit, nisi quod V. sincerasio aruritfragium, D. P. is me ex sincera fecerit: scr. iste ex Syncerasto me crurifragum. 877. D. P. omm. e. 878. Hiatum, qui intercedit inter uni et indicasso, haud sollicito. Deinde enuntiet A.: cateri enunciet. 879. ex te exartum P. solus: A. ex te ortum, D. exortum. Doinde D. creditam tamen. 880. D. fide. 881. D. iecus. A, libera. Deinde colon post hie posuit Acidalius. 882. A. nole, cateri uelet: ser. volt. Deinde frugi Palmerius: codd. fragem. 883. noscam ego ut A. solus: ceteri omm. ego.

	Syncerastus.
885	Eodem, quó soror illíus altera Anterastilís.
	Milphio.
	Cedo, qui id crédam?
	- Syncerastus.
	Quia illas émit in Anactório parvolás
	De praedóne Siculo.
	MILPHIO.
	Quánti?
	Syncerastus.
	Duodeviginti minis: (75)
	Duas illás et Giddenemém nutricem eárum tertiám.
	Et ille qui éas vendebat, dixit se furtivas venderé:
890	Ingenuás Carthagine áibat esse.
	Мігьніо.
	Deí vostram fidém!
	Nimium lépidum memoras fácinus, nam erus metis Agorastoclés
	Ibidem gnátust, inde súrptus fere sexénnis, postibí (80)
	Qui eum surrûpuit, huc devéxit meoque eró eum hic vendidít.
	Is in divítias homo adoptávit hunc, cum díem obiit suóm.
	Syncérastus.
8 95	Omnia mémoras. Quo id facilius fiat, mánu eas adserát
	Suas populáris, liberáli caussa.
	Milphio.
	'Tácitus tace modó.
	Syncerastus.
	Profecto ad incitas lenónem rediget, si éas abduxerit. (85) MILPHIO.
	Quin prius dísperibit fáxo, quam unam cálcem civerít.
	Ita parátum est.
	885. A., qui versum hac voce terminat, Anterastillis: ceteri versum extendunt usque ad Quia. 886. A. Cedo qui credam. D. seq. (suprascr. i) id credam, P. sed qui id credam: sor. cedo qui id credam. D. parudas p. parvolas. 887. A. ut edidi et suspicatus est Lindemannus: D. Quanti duodeniginti minis de predone siculo quanti. P. Quanti? Duodeviginti minis. 888. A. ut edidi, D. Duodeniginti minis duas illas nutricem earum tertiam. P. Mi, Duas illas? Sy. Natricem earum tertiam. 890. D. Cartagine, quod om. V. Deinde codd. aiebat, nisi quod V. D. alebat. A. dei uestram. 892. D. gnatus st, A. P. gnatus est. Deinde surptus Acidalius: A. D. surruptus, P. surreptus. 896. D. tum p. eum. Deinde sur- rupuit A.: ceteri surripuit. Denique D. eo cum, P. eam p. eum. De histu ef. Trin. 2, 4, 159 et Lachm, ad Lucr. p. 195. 895. D. adseras. 896. A. cosussa tacitus. Tace modo. D. P. tacitus cansa. Tace modo. 897. Non. 123, 23 incita

leonem. P. abdixerit. 898. unam codd. cum A. omnes: Non. 199, 19 unum.

÷

the second states of the secon

.

.

899. A. paratust.

56

.

.

(IV, 2, 87-101) POENULUS. 57 SYNCERASTUS. . . ! ! Ita dei fáxint, ne apud lenónem hunc serviám. 1 . . · · · · · MILPHIO. 1 411 10 Quin meus hércle collibértus faxo erís, sei dei volént. SYNCEBASTUS. . Ita dei fáxint. Numquid áliud me moráre, Milphió? MILPHIO. Valeas, béneque ut tibi sit. SYNCERASTUS. Pól istuc tibi et tuc ést ero in manú. (90) Vale et hace cura, clanoulum ut sint dicta. MILPHIO. . Nón dictum est. Valé. SYNCERASTUS. ·. . At enim níhil est, nisi, dum cálet, hoc agitur. Milphio. segura ata di Lépiduis; cum monés: $\{(e_1,e_2),(e_2,e_3),(e_3,e_3),(e_$ 905 Et ita hoc fiet. 19.00 Syncebastus. Proba matéries data est, si próbum adhibes fabrúm. MILPHIO. Potin ut táceas? Syncerastus. Taceo atque ábeo. . . . MILPHIO. Mihi commóditatem creás.

Heic hinc ábiit. Di immortáles meum erum sérvatum volúnt (95) Et hunc dispérditum lenónem: tantum eum instat exiti. Satine, príusquam unum est iniéctum telum, tum instat alterúm!

910 Ibo intro; haéc ut meo ero mémorem, nam huc si ante aédes evocém, Eaque, quae aúdivistis módo nunc si eadem hic íterem, inscitia 'ést. Ero uni pótius intus ero ódio, quam hic sim vóbis omnibús: (100) Di immortáles, quanta péstis, quanta advénit calamitás

899. A. lenem p. lenonem. 900. Quin A. P.: D. Qui. Deinde meus hercle collibertus Bothius: codd. ceteri hercle collibertus meus, nisi 'quod D. 'conliberatus, P. hercle cum liberatus, om. meus.' Deinde A. faxo tu erls sei dei. ceteri faxo eris, si di. 901. dei 'A. Deinde D. nunc quid. 902. P. Post p. Pol. Deinde A. et tuost ero, D. P. et tuo erost. 904. P. commones. 905. Et ita hoc D. P.: de A. non liquet. Deinde P. om. data. 906. P. commoditates. 907. P. Illic, D. Iflinc: sor. Heic. 909. P. plus p. prius. D. unum si inlectum -- tam p. tum -- iterum p. alterum, P. alteram. 910. evocem Guliehnus: codd. seuocem. 911. codd. omm. Eaque, quod addidi. Deinde D. audiulsti, P. audivi. Denique V. ittrum, B. sitterum. 912. P. Nato p. Ero. B. P. omnibus uobis. 913. codd. omm. quanta pestis. A. tamen exhibet

(5)

(10)

Hodie ad húnc lenonem! séd ego nunc quid ést, cur me morér? 915 Ita negótium institutum est: non datúr cessatió.

Nam et hoc docte consuléndum, quod modó concreditum ést, Et illud aútem inserviéndum est consiliúm vernaculúm. (105) Remora sí sit, qui malám rem mihi det, mérito fecerít. Nunc intro ibo: dum erus advéniat a foro, ópperiar domí.

PLAUTI

HANNO.

920 .

Yth alonim ualonuth sicorathi simacom syth Chy'mla chuny thmum ysthyal mythi bar uim ysehi Lipho caneth yth bynuthi iad aedin bin ui Bymarob syllohim alonim ubymysyrthomo Byth ilymmoth ynnocho thunlech antidamaschon Ys sidobrim thyfel yth chyl ischon them liful Yth binim ys diburth ynnocho ihy agorastocles Yth emaneth ihy chirs aelychoth sithi nasothi By nnyid chi'lluch ily gubulim lasibithim Bodys lythera ynnynnu ysl ymmon cho'th iusim.

930

925

Et alonim valonut sucuratim iscynun Macum asse cy'mbali tumam ellocuti beat

DEIIMMORTALESQUANTA CALAMITAS

(ubi punctis non litterae sed loca signata sunt, sic ut I unum, N duo, M tres et ceterae simile spatium obtineant). 914. A. D. omm. quid, quod addidi. Deinde exhibent cum p. cur. Denique morer D.: A. moror. P. nunc me moror, ceteris omissis. 915. Ita A.: ceteri Id. Deinde A. institutumst, D. P. si p. est. 916. P. hic p. hoc. Deinde docte Gulielmus: codd, cum A. aoote. D. P. homo p. modo. P. creditum p. concreditum. 917. A. aurum p. autem. 918. D. P. Remor si sit, A. Remora si sit quia. D. det mihi.

v. 920-929 absunt ab A. Ceterum cf. Gesenii Punica Plautina, ad fidem codd. mscr. quotquot exstant edita. 920. D. si corat p. sicorathi. V. symacom. 921. V. Chymla. D. Chym lah. V. D. myethi. D. barii imischi. 922. V. by-923. D. Birnarob. V. D. syllohom. nuthi adedyn bynui. D. binuthii p. bin ui, V. nrby, D. uyby, V. D. mysyrthoho. 924. V. lymmoth, D. limmoth p. ilymmoth. V. ynnocto, D. ynmocto thiiulech antidasmachon. 925. V. D. siddobrim. V. chil. 926, D. Uth - V. dybarth innochotnu, D. V. D. yschon. V. chem. D. liphul. innochut nu p. ynnocho ihy. 927. D. emaneht - V. aelichot, D. aelychot. 928. V. chil liichily, D. chil luhily. V. lasi-V. D. sith naso p. sithi nasothi. 929. V. Bodia, D. Bodya. D. lithera. V. ynnynnu rsl, bitthim, D. lasi bithym. D. ymnynu ysl. V. cheth, D. chot V. D. lusim.

930. A. Yth p. Et — uualoniuth sicerathiisthymhimhy. V. D. Ex anolim uolanus succurati misti malti. 931. A. macomsyth (quae versui priori adiuncta sunt) cymbaliumamitalauelothamita. (Littera nltima post a unius fuleri videtur

(V, 1, 19–27) POENULUS.	59
Li lecánt icona alonimb alum banuti ichad	
Bin ah silli enus eshulec silli mbalim	
Essemo athidmascon alem veduber tefel	
Onubut ulec cal tum ucommutro luful	•
Et benimau os duberith hen ihy acharistoclem	•
Et eseanec nasote lia helicot	
Alem us dubert er mucom susipto	(15)
Aode anec lisor bod es ussul immun coiusim.	
Deos deásque veneror, qui hânc urbem colúnt, Ut, quod de meá re huo veni, ríte venerím, Measque hio ut gnátas et mei frátris filiúm Denerio mé gigitin de mateum fedéral	-
•	(20)
Sed me mun antenae dospes Anthamas fut. Eum fecisse áiunt, sibi quod fáciundum fuit. Eius filium ésse hic pracdicánt Agorastoclém.	
Ad eum hospitálem hanc tesserám mecum feró.	(25)
Is in hisce habitáre monstratúst regionibús.	
Hos percontábor, qui hinc egrédiuntur forás.	
	Li lecánt icona alonimb alum banuti ichad Bin ah silli enus eshulec silli mbalim Essemo athidmascon alem veduber tefel Onubut ulec cal tum ucommutro luful Et benimau os duberith hen ihy acharistoclem Et escanec nasote lia helicot Alem us dubert er mucom susipto Aode anec lisor bod es ussul immun coiusim. Deos deásque veneror, qui hánc urbem colúnt, Ut, quod de meá re huc veni, ríte venerím, Measque hio ut guátas et mei frátris filiúm Reperire mé siritis: di vostram fidém! Sed hic mihi ántehac hospes Antidamas fuít. Eius filium ésse hic praedicánt Agorastoclém. Ad eum hospitálem hanc tesserám mecum feró. Is in hisce habitáre monstratúst regionibús.

fuisse, aut E aut L aut T. Ceterum litterae punctis notatae dubiae sunt.) V. D. macum esse concubitum a bello cutim beat. 932. A. Julecantheconaalonimd. alumbar. dechor. V. lulacanthi, D. lulacant, V. D. chona, ceteris omissis. 933. A. Datsill . hunesobinesubicsillimbalim. V. D. nihil nisi haec: enus es huiec silic (D. silihc) pan. 934. A. Essemidamosson - tefet. V. asse atidmascon, D. esse athidmascon - V. uiduber. D. iuduber. 935. A. Denotunmiuneecalthumucommutroluful. V. D. ono butune (D. buthune) celtum comucro lucui. 986. A. Altanimauosduiirithemhnaacharistolem. V. D. At enim duoso (D. anoso) uber hent (D. bent) hyach aristoclem. 937. A. Sihiida nasoebasyheltcot. V. Etteseanec nasochtelia, D. Etteseanehc nasoctelia. V. D. helicos. 938. A. duberiminpimucopsuestiti. D. mi comps. V. uestipti, D. uespti. 939. A. Aoccoancoli. orbodes astilimlimmimoclus. V. Aodeanec, D. Aodaenehc, V. D. lictor - iussum. V. limnim. D. limum. V. D. colus.

941. A. hunc. 942. D. et p. ut. 943. A. uestram. Dehinc sequitur in codd. cum A. omnibus versus hic: Quae mihi subruptae sunt (D. surreptae sunt mihi) et fratris filium, quem delevit Wexius: de Punicis Plautinis meletemata. cf. tamen eundem Mus. Rhen. n. II, p. 131 - 137 et Hitzigium ibidem X, p. 77 usque ad 109. 944. P. dic p. hic. 946. esse hic praedicant A. solus: ceteri hic praedicant esse. 947. Ad eum A. solus: ceteri Deum. Deinde etiam hanc A. solus: ceteri ac, P. accesseram. 948. A. Is in hisce abitrare monstratuest, D. monstratus st, P. monstratumst, ambo om. Is. 949. D. percunctabor. Deinde hinc A.: D. hunc, P. huc.

. 1

PLAUTI

(5)

(9)

(8)

(10)

HANNO.

AGORASTOCLES. MILPHIO.

950

AGORASTOCIES.

Ain tu tibi díxe Syncerástum, Milphió, Eas esse ingénuas ambas súrrupticiás Carthaginiénsis?

Eas liberáli iam adserés caussa manú,

MILPHIO.

Nam tuom flagitium est, tuas te pópulares pati

Creta est profécto hace horune hóminum oratió:

AGORASTOCLES.

Servire ante óculos, domi quae füerint liberaé. Hanno.

Pro di immortáles, obsecró vostram fidém! Quam oratiónem hanc aures dúlcem devoránt!

Ut mi abstersérunt omnem sórditudiaém!

Aio et si frugi esse vis,

955

960 .

965

MILPHIO. Quid tu mihi téstis? quin tu ínsístis fortitér? Aliqua fortúna fuerit ádiutrix tibí.

AGORASTOCLES.

Si ad eam rem téstis habeam, fáciam, quod iubés.

Incipere málto est, quam impetráre, faciliús.

MILPHIO.

Sed quae illaec ávis est, quae huc cum túnicis advenit? (15) Numnam in balíneis circumdúctust pallió?

Facies quidem édepol hominis péregrina admodum ést. Servos quidem édepol veteres antiquosque habét.

AGORASTOCLES.

Qui scis?

A. P. Poenus, p. Hanno. 950, D. sincerastum. 951. Eas A.: ceteri Has. 952. V. Arthaginiensis, D. P. Carthaginensis. A. ow. personam Milphionis. 953. A. om. iam. D. adsere, P. assere. D. manum. 954. tuas te populares A. solus: P. tuas populareis te, D. flagitium statuas popularis. 955. V. Seruare. D., P. fuerunt. 956. A. dei, D. dii. 957. D. dulces. Hic versus in codd. praeter A. omnibus commutatus est cum sequente. 958. D. P. certa p. creta. Deinde codd, omnes omm. haee, quod addidi. Denique horunc Bothius: codd. horum. 959. V. hominem p. omnem. Non. 173, 11 omnes sortitudinem. 960. A. habcant. 961. D. Quin. V. quantum tu quantu p. quin. 964. codd. quaenam. Serv. ad Aen. 8, 724 quae est illa avis: scr. quae illacc avis est. P. anus p. avis. 965. V. D. in abaliniis, P. in aballinis: scr. in balineis. Deinde codd. circumductus. 966. Verba hominis peregrina admodum est absunt a codd. 967. P. om. veteres: edepol antiquos habet. 968. V. sis p. scis.

and the second s

MILPHIO.

Viden hémines sarcinátos consequí? Atque ut ego opino in mambus dígitos non habént.

Agorastocles.

Quid iam?

MILPHIO.

Quia incédunt cum annulátis auribús. Adibo ad hósce atque appellábo punicé. Si respondébunt punicé, pergam loquí: Si non, tum ad hórum mores línguam vorteró. Quid tu ais? écquid commeminísti punicé? AGORASTOCLES. Nihil edepol. nám qui scire pótis sim, dié mihí,

Qui illim sexénnis perierím Carthaginé?

Hanno.

Pro di immortáles! plurumei át ad illum modúm Periere púeri liberi Carthaginé.

MILPHIO.

Quid ais tu?

AGORASTOCLES.

Quid vis?

MILPHIO.

Vin appéllem hunc punicé? (30) AGORASTOCLES.

An scis?

MILPHIO.

Nullús me est hodie Púnus Puniór.

AGORASTOCLES.

Adi atque appélla, quid velít, quid venerít, Qui sit, quoiátis, unde sit: ne parserís.

968. D. hominis, P. homini. 969. codd. ut opinor digitos in manibus, nisi quod V. immanibus: scr. cum Weisio ut ego opino in manibus digitos. 970. cf. Prisc. IV p. 139 ed. Hertz. 971. D. P. Adibo atque hosce, nisi quod D. Audibo: scr. cum Weisio Adibo ad hosce atque. 973. D. lingua ac uertero, P. linguam advertero. 974. codd. cum A. omnes ais tu: scr. tu ais. Deinde D. etquid, P. eo quid. 975. codd. potui: scr. potis sim. 976. illim A. V.: P. illinc, D. illum - cartagine. 977. A. dei - plurumei ad illum. Praeeunte Acidalio inserui ut. D. P. plurimi ad hunc. '978. D. Cartagine. 979. D. ab hoc versu usque ad 985 personas Agorastoclis et Milphionis commutat. 980. hodie Punus Prisc. III, p. 84: D. P. omm. hodie. Praeterea D. denus, P. Poenus. 982. Prisc. XII, p. 595 et XVII, p. 122 Quid sit, cintatis, D. quopatis, P. quo patre.

61

(20)

(25)

475

\$80

÷.)

MILPHIO.

Avo. quoiátis estis? aút quo ex oppidó? HANNO. Annon muthumballe becha edre anech.

(35)

(40)

(45)

985

990

MILPHIO.

AGORASTOCLES.

Hannónem sese aít Carthaginé. Carthaginiénsis Muthumbállis filiúm. HANNO.

Avo.

Quid ait?

MILPHIO.

Salútat.

HANNO.

Donni.

MILPHIO.

Dóni volt tibí

Dare hic nesció quid: audin póllicitariér? AGORASTOCLES.

Saluta hunc rúrsus punicé verbis meís.

MILPHIO.

Avo donni mi hic inquit tíbi verbis suís.

HANNO.

Meh arbocha?

MILPHIO.

Istuc tibi sit pótius, quam mihí.

AGOBASTOCLES.

Quid ait?

MILPHIO.

Miseram ésse praedicát buccam sibí. Fortasse médicos nos esse árbitrariér.

AGORASTOCLES.

Id si est, nega ésse: nolo ego érrare hospitém.

983. Avo "salve." Prisc. Quid est. Deinde quoiatis A.: Prisc. cuiates, P. quelates, D. qulites, suprascr. a. Denique A. unde sit ne parserit: codd. ceteri cum Prisciano aut quo ex oppido. 984. "Annon ex genere Muthumballis Poenus nobilis sum." A. Anno. V. bechaedee anech. D. bechaenehc, suprascr. edre. 986. D. Carthaginensis, V. carthaginienses, P. Carthaginensem. 987. Donni "domine". 988, hic A.: ceteri hinc. Deinde A. autin pollicitarier: ceteri audin pollicerier, nisi quod D. pollicierier. 989. V. rusus. 990. V. nonni, D. P. nonne. Deinde V. D. mihi hic tibi inquit, P. hic mihi tibi inquit: sor. mi hic inquit tibi. 991, "Quid sibi volt ista tua lingua mixta?" codd. Me har bocca. 993. P. arbitratur. 994. codd. ceteri cum A. omm. Id, quod addidi, P. om. Id si est.

995

MILPHIO. Audin tu? rufe ennu co is tam. AGORASTOCLES. ć . . Sic voló Profecto véra cuncta huic éxpediriér. Roga, numquid opus sit? MILPHIO. Tu, qui sónam non habés, Quid in hanc venistis urbem aut hic quid quaeritis? · · · · HANNO. Muphursa. AGOBASTOCLES. Quid ait? HANNO. Mi unlech ianna. AGORASTOCLES. Quid venit? (50) MILPHIO. Non audis? múres Africános praedicát In pompara lúdis dare se vélle aedilibús. HANNO. Lech lackannan liminichot. AGOBASTOCLES. Quid nunc ait? MILPHIO. Figulas venális ait se advéxisse et nucés: Nunc orat, operam ut des sibi, út ea veneánt. (55) AGORASTOCLES. Mercator, crédo, est. <u>t</u>

1005

1000

HANNO.

Is samar bi nam.

AGORASTOCLES.

Quid ést?

995. Audin A.: ceteri audi. "Medicus hie non est, bone vir." A. rufeinnyccho.sstam: ceteri rufen (V. rufeen) nuco istam. 997. sonam A. solus: ceteri zonam. 998. codd. omnes omm. hie, quod addidi. 999. Muphursa "Quid sibi volt haec oratio?" Mi ualech ianna. "Quis peregrinum laedere audeat?" 1001. P. laudis. 1002. "Abi in erucem in carnuficium." V. laech iachanamim limini chot. D. lalehelahcananim limychot. 1003. Figulas (scil. Figlas) Acidalius: codd. ceteri Lignlas, P. Lingulas. Deinde venales Dousa filius: codd. canalis. 1005. "homo, qui comiter de me loquitur." V. D. Issam. Milph. Arbinam. V. P. quidem p. quid est?

63

• 1

HANNO.

Pal umer gadetha.

. 1 .

AGORASTOCLES.

Milphió, quid nunc aít?

Milphio

Palas vendúndas sibi ait ét mergas datás, Ad messim crédo, nisi quidem álind autumát.

AGORASTOCLES.

Ut hortum fódiat atque ut frúmentum metát? Quid istuc ad me?

MILPHIO.

Certiórem te esse vólt,

Ne quid clam fúrtim se accepísse censeás.

Hanno.

Mu-pho-nnium sucorat'im.

MILPHIO.

Em, cáve sis fecerís,

Quod hic orat.

AGORASTOCLES.

Quid ait aut quid orat? expedi.

Milphio.

Sub cratim ut iúbeas sese súpponi atque có

Lapides inpóni multos, út sese necés.

1015

HANNO.

Gune bel balsamem erisan.

AGORASTOCLES.

Narra: quid ést?

Quid ait?

MILPHIO.

Non hércle nune quidém quicquam sció.

___;

1006. "Mire orationem contaminas". D. dectha. 1007. P. Paltas. V. sibimtet. P. sibimet. A D. absunt v. 1007—10. v. 1008 in codd. praeter A. omnibus cum sequente commutatus est. Praeterea A. nisi quidem aliud sapit. V. nisi quidem tuam, P. nisi quidem tua: scr. nisi quidem aliud autumat. 1009. V. P. fodi p. fodiat. A. ietat p. metat. Ceterum hunc versum, qui Milphioni datur, cum signo interrogationis tribui Agorastocli. 1010. uolt A. D.: V. noli, P. volui. 1011. furtim se A. solus: V. furti se, ceteri furtiue. 1012. "Quid sibi volt ista oratio obscura, quam illi habes?" V. succorahim, D. sucorahim. Deinde codd. si p. sis. 1018. hic orat Bothius: codd. hic te orat. cf. animadv. ad Trin. 215 p. 143. 1014. A. cratin ut: ceteri gratim uti. Deinde codd. cum A. omnes se p. sese. 1015. inponi A. 1016. "Per magnum Bel, coeli deum: ego illum tacitum reddam." V. D. balsamen ierasan. A. Gunebbalmmimlirila.

1010

(60)

(65)

(V, 2, 69-88)

. .

POENULUS.

HANNO.

At ut sciás nunc, dehinc latíne iam loquár.	
Servom hercle té esse oportet ét nequam et malúm,	(70)
Hominem peregrínum atque advenám qui irrideás.	• •
Мігьніо.	
At hercle te hóminem et sycophántam.et subdolúm,	
Qui huc advenísti nos captátum migdilíx,	
Bisulcilínguis, quasi prosérpens bestiá.	
AGORASTOCLES.	
Maledicta hinc aúfer: linguam cónpescas facé.	(75)
[Maledicere huíc tu temperábis, si sapís.]	,
Meis consanguíneis nolo te íniuste loquí.	
Carthagini égo sum gnatus, út tu sis sciéns.	
Hanno.	
O mi populáris, salve.	
AGORASTOCLES.	
Et tu édepol, quisquis és,	
Et si quid ópus est, quaeso, díc atque imperá	(80)
Popularitátis caussa.	
Hanno.	
Hábeo gratiám.	
Sed ecquem adulescéntem tu hic novísti Agorastoclém?	(84)
· AGORASTOCLES.	
Siquidem Antidamái quaeris ádoptatitiúm,	
Ego sum ipsus, quém tu quaeris.	
Hanno.	
Em! quid ego audió?	
AGORASTOCLES.	
Antidamae gnátum me esse.	
HANNO.	
Sí ita est, tesserám	
Conferre sí vis hospitalem, eccam attulí.	(88)
Verum enim ego hic hóspitem habeo Antídamae filiúm.	(82)
1020. A. adueniam, om. qui irrideas. 1021. D. sicophantam. 1022. 1	nigdi-
lix A.: D. micdilix, P. nundilia. 1023. codd. bisulcilingua: scr. bisulcili	nguis.
1024. A. hanc p. hinc. D. aufers. Deinde conpescas A. Denique P. tace p.	
1025. A. om. tu. Versus videtur spurius. 1026. P. meus est consangu 1027. D. Cartagini. Deinde gnatus A. D.: P. natus. Denique A. siens.	1028.
D. mihi p. mi. 1029. P. om. Et. D. om. est: dicat quae impera. Versum	
dehinc excipiunt in codd. praeter A. omnibus v. 1036 et alter, de quo v.	
ad hunc versum. 1031. D. haec quem. 1032. Antidamai Bothius: A. Antid	
P. Antidamarchi, D. Anthidamarchi. 1034. A. itast. D. P. te esse iam p. tess	eram.

65

1030

:020

:025

102**5**

li 1 1 3. 1 3. I 0 d n i, a P. Antidamarchi, D. Anthidamarchi. 1034. A. itast. D. P. te esse iam p. tesseram. 1035. A. comferre, P. confer te. 1036. codd. cum A. omnes omm. enim, quod addidi. Ρ.

AGORASTOCLES.

Agedum huce osténde: est par probé, nam habeo domí. (89) HANNO.

O mi hospes, sálve multum, nam illius mihi patér, Pater tuos érgo, hospes Antidamas fuit: Mihi hospitális tessera haéc cum illoc fuit.

1040

AGORASTOCLES.

Ergo hic apúd me hospitium tíbi praebebitúr, Namque haud repúdio hospitium néque Carthaginém, Unde sum oriándus.

HANNO.

Di omnes tíbi dent, quae velís. (95)

Quid ais? qui potuit fieri, uti Carthagini

1045

AGORASTOCLES.

Gnatus sis? híc autem habuisti Aétolum patrém.

Surruptus sum illim. hic me Antidamás, hospes tuós, Emit et ís me sibi adoptávit filiúm.

HANNO.

Demarcho item ípse fuit adóptatitiús.

Sed mitto de illoc: ad te rédeo, dic mihí:

Ecquid meminísti tuom paréntum nominá?

1050 .

AGORASTOCLES.

Patris atque mátris memini.

Hanno.

Mémoradum mihí,

Si novi forte aut sí sunt cógnati mihí.

AGOBASTOCLES.

Ampsigura máter mihi fuít, Iachon patér.

(105)

(100)

Deinde V. om. hic. Denique hospitem Acidalius: D. hospiti sum, P. hospitem unum, vulgo hospitium. Hunc versum in codd. cum A. omnibus excipit alter: Quaero (P. Quaeso) commostra (D. commonstrans, P. commostretis) si nouisti (D. P. om. si: alter nouisti alter novistis) Agorastoclem (A. Agorastoclen), qui haud dubie spurius est. In A. autem sequitur etiam hos ambos v. 1041, qui tamen suo sibi loco repetitur. 1037. A. hucc, ceteri huc: scr. huce. Deinde A. es p. est — abeo. D. P. domum. 1038. A. nam mi pater, ceteri nam mihi 1039. Pater tuus A. solus: D. patricus, tuus pater: scr. nam illius mihi pater. P. patri. Agor. Tuus. Hiatum non sollicito. 1040. codd. cum A. omnes: Haec mihi hospitalis tessera cum illo: scr. Mihi hospitalis tessera haec cum illoc. 1041. A. om. tibi, et hic et supra ante v. 1037. 1042. Namque Acidalius: codd. cum A. omnes Nam. V. D. prepudio, D. cartaginem. 1043. Unde P. solus: ceteri Inde, D. Agor. p. Hann. Deinde A. dei. Denique codd. cum A. omnes dent tibi omnes, nisi quod P. omnia: scr. omnes tibi dent. 1044. P. ait. Deinde A. quid p. qui. codd. omnes ut p. uti. D. cartagini. 1046. illim Bothius: codd. illinc. 1049. illoc A. solus: ceteri illo. 1050. cf. Prisc. VII, p. 309 ed. Hertz. 1051. D. memorandum. 1052. A. notio p. novi. 1053. Ampsigura P. solus:

(V, 2, 106-124)

POENULUS.

HANNO.

Patrem atque mátrem viverént vellem tibí. Agobastocles.

An mortuí sunt?

HANNO.

Factum, quód ego aegre tulí, Nam mihi sobrína Ampsigura túa mater fuít. Pater tuos ís erat frater pátruelis meús Et is me herédem fecit, eúm suom obiit diém, Quo me privátum esse aegre pátior mortuó. Sed si ita est, út tu sis Iachónis filiás, Signum esse opórtet in manú laeva tibí, Ludenti púero quod memórdit simiá. Ostende: inspíciam . Ah! perii! Víden?

AGORASTOCLES.

At eccum adést. (115)

Mi patrue, sálve.

HANNO.

Et tu salvéto, Agorastoclés.

1065 Iterum mihi gnátus videor, quód te repperí. MILPHIO.

> Pol istam rem vóbis bene evenísse gaudeó. At te monéri num nevís?

> > HANNO.

Sane voló.

MILPHIO.

Paterna opórtet filió reddi boná. Aequom est, habére hunc bona, quae póssedit patér.

Hanno.

1070

Haud postulo áliter: restituéntur omniá. Suam rem sibi sálvam sistam, si ílloc venerít.

MILPHIO.

Facito sis réddas, etsi hic hábitabit tamén.

A. D. Amsigura, V. Ampsagura. Deinde A. fuit mihi. Denique Iachon D. solus: P. Iacon, A. Hiaon. 1055. codd. omm. ego: addidit Bothius. 1056. V. Ampsagura. 1059. codd. omm. esse, quod addidit Weisius. 1060. V. Iahonis. 1062. memordit V. D. cf. Gellius VII, 9: P. momordit. 1063. inspiciam V. solus: D. P. inspice iam. Deinde ah perii Gruterus: codd. aperi. Denique codd. Audi atque ades: scr. viden. At eccum adest. Muretus: Vide. eccum adest. 1064. D. P. salue p. salveto. 1065. D. Item p. Iterum. Deinde quod P. solus: V. quoat, D. quoa. 1067. codd. Et: scr. At. D. meuis. 1068. filio reddi Bothius: codd. reddi filio. 1069. D. aequm si. 1071. codd. illo aduenerit: scr. illoc venerit. 1072. habitabit Camerarius: D. habit, P. habet.

(120)

(110)

1055

HANNO.

Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuát. (125) MILPHIO.

Festivom fácinus venit mi ín mentem modó.

HANNO.

1075

MILPHIO.

Tua ópus est opera.

Hanno.

Díc mihi: quid lubét?

Profecto utéris, ut volés, operam meám.

MILPHIO.

Potin tu fieri subdolús? Hanno.

Inimico póssum, amico est insipientiá.

(130)

MILPHIO.

Inimicus hércle est huius.

Quid id est?

HANNO.

Mále faxim lubéns.

MILPHIO.

1080

Hanno.

Facere sápienter putó.

MILPHIO.

Leno hic habitát vicinus.

Hunc leno lúdificatur.

Amat a lenóne hic.

HANNO.

Mále faxim lubéns.

MILPHIO.

Ei duae puéllae sunt meretríces servolaé Sorores: eárum hic alteram éfflictim perít, Neque eam incestávit umquam.

(135)

Acérba amatio ést.

MILPHIO.

HANNO.

1085

Hanno.

Súom quaestum colít.

1073. P. quid de me. 1075. opus est Bothius: codd. est opus. 1078. est insipientia Camerarius: codd. insipientia est. 1080. V. allenone, P. ab lenone. Deinde Facere Camerarius: D. facile, P. facit. 1081. D. om. leno. 1083. codd. periit. 1085. hunc ed. Brix.: codd. nunc.

h......

(V, 2, 138-154)

MILPHIO.

Illi hic malám rem dare volt.

Hanno.

Frúgi, si id facít.

MILPHIO.

Nunc hoc consílium capio et hánc fabricam adparó, Ut te allegémus: filiás dicas tuás Surreptasque ésse parvolás Carthaginé,

1090

1095

1100

Manuque liberali caússa eas adserás, Quasi filiaé tuae sint ámbae. intellegís?

Hanno.

Intellego hércle, nam item míhi gnatae duaé Cum nutrice úna sunt surréptae parvolaé. MILPHIO.

Lepide hercle adsímulas. iam id princípium mihi placét.

HANNO.

Pol magis, quam véllem.

MILPHIO.

Heu! hercle mórtalem catúm,

Malum, vorsútum, callidum átque subdolúm! Ut adflet! quís illum gestum fáciat faciliús? Me quoque dolís iam superat árchitectoném.

Hanno.

Sed earum nútrix qua sit fácie, mi expedí. MILPHIO.

Statura hau mágna, corpore áquilo.

Hanno.

Ipsa ea ést.

MILPHIO.

Specie venústa, ore atque océllis pernigrís.

Hanno.

Formam quidem hércle verbis dépinxti probé.

1086. codd, hic illi: scr. illi hic. V. om. rem. 1087. V. fabrica aparo. 1088. V. om. tuas. 1090. D. manum p. manuque, P. manu. Deinde codd. ambas: scr. eas. 1092. codd. mihi item: scr. item mihi. 1093. sunt surreptae Bothius: codd. surreptae sunt, nisi quod D. surrepta sum. 1094. codd. in principio id, Acidalius principium id: ser. id principium. 1096. codd. cum A. omnes crudumque: scr. vorsutum. Deinde D. P. est ollidum (P. olidum) et p. callidum atque. 1097. A. quo illum gestum. Inde scr. quis illum gestum. codd. ceteri quo illud gestu. 1098, P. architectorem. 1099. V. eharum. D. facile. 1100. hau A. solus: ceteri haud, Non. 52, 30 et Gellius XIII, 29, 6 non. Deinde Non. aquilino, Gellius aquilost. Denique A. east, 1101. codd. oculis: scr. ocellis. 1102. D. P. depinxisti. Deinde probe A. solus: ceteri mihi.

(140)

(145)

(150)

MILPHIO.

PLAUTI

Vin eam vidére?

Hanno.

Filiás malo meás.

(155)

(10)

Sed i, evoca illam: si eae meaé sunt filiaé, Si illarum est nútrix, me continuo noverit.

1105

MILPHIO.

Heus! ecquis hic est? nunciáte, ut prodeát Foras Giddéneme: est, qui illam conventam esse volt.

GIDDENEME. MILPHIO. HANNO. AGORASTOCLES. PUER.

GIDDENEME.

Quis pultat?

MILPHIO.

Quí tui proximúst.

GIDDENEME.

Quid vis?

MILPHIO.

Eho!

Novistin tu illunc tunicatum hóminem, qui siét? GIDDENEME.

1110

Nam quem ego adspício! Proh, supréme Iuppitér! Erus hic quidem méus est, mearum alúmnarum patér, Hanno Cartháginiensis.

MILPHIO.

Ecce autem malá! (5)

Praestigiátor hic quidém Poenus probúst: Perduxit ómnis ad suám sententiám.

GIDDENEME.

1115

O mi ere, sálve, Hanno, inspératissumé, Mihi tuísque filiís salve atque mé Mirari nóli neque me cóntemplariér. Cognoscin Gíddenemem, veterem áncillam tuám? HANNO.

Novi sed úbi sunt meae gnatae? id scire expetó.

 1103. D. uinam. 1106. A. ecquid. 1107. A. Giddenenem, P. Gigdemene. A. Giddenis. V. CIDDIS. 1108. A. tu. Inde sor. tui: ceteri te. 1109. D.
 Mouistin. 1111. hic quidem meus Bothius: codd. meus hic quidem. 1112. P.
 Carthaginensis. 1115. D. saluo. Inde coniicias salveto, cf. tamen Herm. elem.
 p. 190. 1116. codd. eho: scr. me. 1118. P. Agnoscin. Deinde A. Giddenenem, P. Gigdemenem, D. giddenimem. Addidi veterem.

(V , 9	, 13—29) POENULUS.	- 71
	Giddeneme.	`
1120	Apud aedem Véneris.	
	HANNO.	
	Quid ibi fáciunt? die mihí.	
	GIDDENEME.	
	Aphrodisia hódie Veneris ést festus diés:	
	Oratum iérunt deam, ut sibi ésset propitiá.	(15)
	MILPHIO.	-
	Pol satis scio impetrarunt, quándo hic hic adést.	
	AGOBASTOCLES.	
	Eho, an huius sunt illaec filiae?	
	GIDDENEME.	
	Ita uti praedicás.	
1125	Tua pietas pláne nobis aúxilio fuít,	
	Cum huc advenísti hocedie in ipso temporé,	
	Namque hodie eárum mutaréntur nominá	(20)
	Facerentque indígnum genere quaéstum corporé.	
	PUER.	
	Hau amma silli. GIDDENEME.	
	Hauon bene silli in must ine	•
1130	Me ipsi etem es iadum etalam anec estimim.	
1130	Agorastocles.	
	Quid illi locáti sunt intér se? dic mihí.	•
	Milphio.	
	Matrem hanc salútat hic, haec aútem hunc filiúm.	(25)
	Hanno.	, (=0)
	Tace atque párce muliebrí supellectilí.	
	Agorastocles.	
	Quae est ea supéllex?	
	Hanno.	
	Clarus clámor sine modó.	
1135	Tu abduc hos íntro et una nútricem simúl	1
•	Iube hanc abire hinc ad te.	
Deinde u codd. no "Salvos- hauoncan inustine). vero exs este dun	3. P. cum p. quando. D. om. alterum hic. 1124. P. illec, D. ati Wexius: codd. ut. 1125. plane nobis Acidalius: cf. infra- bis plane. 1126. D. P. hic. Deinde codd. hodie: scr. hocedie, sis, mater." "Salvos sis, mi fili. ecce te hic invenio." A. Auan nesillimustide. V. D. hau dones illi hauon bene si illi in must . 1130. "Oh! quomodo eos invenio, quibuscum una educata sum sulto." A. Mipstaetemestesdumetalanamcestinum. V. D. Me im a etalamna cestinum (V. cestimim). 1132. D. P. hic salutat sum utat hic. 1134. est ea P. solus: D. ea est, A. east. D. suppelle, ss. 1136. A. KANCABIREK ADTE. Inde Studemund hau	v. 1266. 1129. maillie- ine (V. ! Enim- si eten am: scr. 1185.

.

,

(V, 3, 29-42)

AGORASTOCLES.

Fác quod imperát.

MILPHIO.

Sed quis illas tibi monstrabit?

AGORASTOCLES.

Ego doctissumé.

(30)

MILPHIO.

Abeo igitur.

Pactam rem habéto.

AGORASTOCLES.

Fácias modo, quam mémores, mavelím. Patruo adveniénti cena cúretur voló. MILPHIO. Opino hercle hódie, quod ego díxi per iocúm, 1140 . (50) Id eventúrum esse et sevérum et seriúm, Ut haec inveniántur hodie esse húius filiaé. AGORASTOCLES. Pol istuc quidém iam certum est. tú istos, Milphió, Abduce intro: hásce nos hic praéstolabimúr. (55) MILPHIO. Lachannan vós! quos ego iam détrudam ad molás: 1145 (33)Inde porro ad púteum et ad robústum codicém. Ego faxo hospítium hoc lenitér laudabitís. (35)AGORASTOCLES. Audin tu, pátrue? dico, né dictum negés: Tuam mihi maiórem filiám despondeás. HANNO.

1150

AGORASTOCLES.

Spondesne igitur? HANNO.

Spondeó.

(40)

AGORASTOCLES.

Mi patrue, sálve: nam nunc és plane meås. Nunc demum ego cum illa fabulábor liberé. Dehinc, patrue, sí vis tuas vidére filiás, Me sequere.

hine ad te. codd. eeteri abire hane ad te. v. 1140-44, qui in codd. cum A. omnibus hane scenam claudunt, huc transposuit Acidalius. 1140. opino Gulielmus: codd. opinor. 1141. V. Inde uenturum — seruum p. severum. 1144. hasee nos Bothius: codd. nos hasee. D. praestolabitur. 1145. "Apage". V. D. lachanam. P. voscos. Milph. Ego. 1146. putcum Camerarius. D. P. spud eum. 1150. V. om. rem. 1151. D. mihi. 1153. codd. Nunc: ser. Dehine. (V, 3, 42-4, 6)

POENULUS.

HANNO.

Iámdudum equidem cúpio et te sequór. Agorastocles.

1155

HANNO.

At ne interviás

Praeterbitámus, metuo. Mágne Iuppitér, Restitue cértas mihi ex incértis nunc opés! AGORASTOCLES. Meos -equidem amóres mecum cónfido foré.

Sed eccas video ipsas.

HANNO.

Hacoine méae sunt filiaé?

1160 Quantae e quantillis iam sunt fáctae? AGORASTOCLES.

Quid, si eamus illis obviam?

Scin quid est?

Preciosae súnt: ad coelum sústolli solént.

Adelphasium. Anterastilis. Agorastocles. Hanno.

ADELPHASIUM.

Fuit hodie operaé pretium cuiusvís, qui amabilitáti animum adiicerét, Oculis epulás dare, delubrúm si hodie ornatum ínvisere venít. Deamavi ecástor illic hodié lepidissuma múnera meretricúm

1165 Digna díva venústissimá Venere, néque contempsi éius hodie opés.
 Tanta ibi copía venustatum aderát, in suo cuiqué loco sita mundé. (5)
 Arabus murrínus complebat odór omnia. sordére haud visust

Adelphasio haec dat P. quae vulgo Anterastili tribuuntur. 1162. D. ciuis, P. eius: Brixius cuiuis, scr. cuiusvis. D. adiceret, P. adiecerit. 1163. codd. qui: scr. si. Deinde invisere Bothius: codd. cum A. eo visere. 1164. codd. ceteri illic ego hodie, A. eo p. ego, quod delevit Weisius. 1165. codd. ceteri opus hodie, P. opes p. opus: scr. hodie opes. 1166. A. quicque, D. quique, P. quoque: scr. cuique. 1167. Arabus murrinus odor Charisius p. 123 ed. Keil: codd. cum A. omnes: Arabius murrinusque. Deinde omnia Camerarius: codd. omnis. Praeterea codd. omnis odor complebat: scr. complebat odor omnia. Denique sordere haud visust Weisius: A. haud sordere uisust, ceteri visus est.

(45)

Festus dies, Vénus, nec tuom fanúm: tantus clientárum erat numerus, Ibi quae ad Cálydoniám veneránt Venerem.

ANTERASTILIS.

1170

Certo ením, quod quidem ád nos duás attinuít,

Praevaléntes, perpúlcrae atque pácis poténtes, sorór, fuimus, Neque ab iuventute íbi inridiculo habitaé, quod pol ceterís omnibus

factum ést. (10)

ADELPHASIUM.

Stuc malim aliís ita videatúr, quam uti tu te, sóror, conlaudes. ANTEBASTILIS.

Spero equidem.

ADELPHASIUM.

Et pól ego, cum, ingeniís quibus sumus atque áliae, cognoscó.

1175 Eo sumus gnataé genere, ut deceát nos esse a cúlpa castas. HANNO.

Iuppiter, qui génus colis alisque hominúm, per quem vivímus vitalem aevóm,

Quem penes spes vitae sunt hominúm, da mi hunc diem sóspitem, quaeso: (15)

Quibus annos múltos carui, quásque e patria pérdidi parvas,

Redde his libértatem, invictae út praemium esse sciám pietati.

AGORASTOCLES.

1180 Omnia faciét Iuppiter faxó.

HANNO.

Tace quaeso.

1168. V. P. tum p. tuom. P. Veneris. Deinde codd. omnes tantus ibi clientarum. Reject i bi in versum sequentem. 1169. D. Calidoniam. Ceterum codd. cum A. omnes continuant versum usque ad duas. 1171. codd. praepotentes pulcrae pacisque: scr. praevalentes perpulcrae atque pacis. 1172. codd. pol soror ceteris: delevi soror. 1173. codd. Malim istuc: scr. Stac maline. A. versum claudit verbo conlaudes, sicut edidi. 1174. P. Tu p. Et. 1176. D. alus p. 1177. D. P. quem apud alis. cf. Serv. ad Aen. 1, 16. V. talem p. vitalem. penes. D. spe. codd. hominum omnium. Delevit omnium Brixius. Denique codd. da diem hunc: scr. da mi hunc diem. 1178. codd. in principio versus addunt: rebus meis agundis, nisi quod V. misi, D. P. mis, dimetrum bacchiacum, quem delevi. Deinde D. ut quibus, P. et quibus. Denique D. P. omm. e. Praeterea versum claudunt voce patria. 1179. D, is ubertatem, P. inmitte p. invictae. 1180. codd. cum A. omnes post faxo addunt: nam mibi est obnoxius et me metuit, nisi quod D. obnixius, quae delevit Weisius. His verbis autem ceteri claudunt versum, A. tamen eum continuat usque ad tace quaeso, sic ut verba Ne lucruma patrue cum v. 1181 unum versum efficiant.

(V, 4, 19-32)

POENULUS.

AGORASTOCLES.

Né lacruma, patrué.

ANTERASTILIS.

Ut volupe est hómini, mea sorór, si quod agit, clúet victoriá: (20) Sicut nos hódie inter aliás praestitimus púlcritudiné.

ADELPHASIUM.

Stulta es, sorór, magis, quam voló an vero púlcra videre, Obsecró, si tibi illi nón os oblitum ést fuliginé?

AGOBASTOCLES.

1185 O patrue, o pátrue mi!

HANNO.

Quid ést? fratris mei gnáte, quid vis? (25) Agorastoclas.

At enim volo hóc agas.

HANNO.

At enim ágo istuc.

AGOBASTOCLES.

Patrue mí patruissumé.

HANNO.

Quid est?

AGORASTOCLES.

Est lépida et lauta: ut sápit!

Hanno.

Habet patris ingénium, quod sapit. AGOBASTOCLES.

Quae res? iam díu edepol tuám sapientiam haéc quidem abusa est. Nunc hinc sapít, quicquid sapít: hinc sentit, é meo amore. (30) ADELPHASIUM.

1190

Non eo génere sumus prognátae, tametsi súmus servae, sorór, Ut decesit nos facere quícquam, quod homo quísquam inrideát.

1182. nos hodie A. solus: ceteri hodie nos. D. praestitumus, P. praestitumus. 1183. es soror A.: ceteri soror es. D. an ueo p. an vero, P. an eo. Ceterum A. hunc versum claudit voce videre, ceteri verbo obsecro. 1184. fuligine Camerarius: V. fulineti, D. P. fulineci. 1185. codd. ceteri post mi`addunt patruissime, quod A., ut videtur, omisit. Deinde omnes cum A. versum novum ordiuntur verbis Quid est. Post mei gnate autem D. addit gnate, quod om. P. Denique post quid vis codd. cum A. omnes addunt expedi, quod mihi ex prava versuum descriptione natum esse videtur. 1187. habet patris ingenium Bothius: codd. ingenium patris habet. 1188. D. Queres. A. diu eo edepol. Deinde tuam sapientiam Bothius: codd. sapientiam tuam. Denique haec quidem A. solus: D. haec quiquem, P. ecqui quae. 1189. A. hic sapit. Deinde quicquid sapit hinc sentit Bothius: codd. hinc sentit quicquid sapit, nisi quod A. hic — quiequit. Denique e V. solus: A. ex, quod D. P. prorsus omittunt. D. amare. 1190. genere sumus A. solus: ceteri sumus genere. 1191. nos facere A. solus: ceteri facere nos.

(V, 4, 33-44)

Multa múlierum sunt vítia, sed hoc e múltis maxumum ést, Quom sibi nímis placent minusque áddunt operam uti placeant virís.

ANTERASTILIS.

Nimiae vóluptati est, quod in éxtis nostris pórtentum est, sorór, (35) Quod aruspéx de ambabus díxit:

AGORASTOCLES.

Velim de me áliquid dixerít.

ANTERASTILIS.

Nos fore dómino nostro invíto diebus paúcis liberás. Id ego, nísi quid di aut paréntes faxint, quí sperem, hau sció.

AGORASTOCLES.

Mea fidúcia hercle arúspex, patrue, his prómisit, sció, Libertátem, quia me amáre hanc scit.

ADELPHASIUM.

Sorór, sequere hac.

ANTERASTILIS.

Sequór. (40)

Hanno.

1200

ADELPHASIUM.

Priusquam abítis, vos volo ámbas. nisi pigét, consistité.

Quis revocát?

AGORASTOCLES.

Qui bene volt vóbis facere.

ADELPHASIUM.

Fácere occasio ést.

Sed quis homo ést?

AGORASTOCLES.

Amicus vóbis.

ADELPHASIUM.

Qui quidem non inimicus sit.

AGORASTOCLES.

Bonus est híc homo, mea volúptas.

1192. mulierum sunt Bothius: codd. sunt mulierum. A. maximust. 1193. P. nimis sibi. minusque A. D.: P. nimisque. Deinde addunt operam A. solus: P. operam dant, D. operam, om. dant. Denique codd. ut: scr. uti. 1194. A. uoluptatist — portentumst. D. P. soror est. 1195. Quod Bothius: codd. Quodque. A. D. haruspex. D. P. aliquid quid dixerit. 1196. codd. invito domino nostro: scr. domino nostro invito. 1197. A. dei. Deinde qui Gulielmus: codd. quid. Denique hau A. 1198. P. auruspex, ceteri haruspex. D. P. patruelis p. patrue his. 1200. D. habitis. P. abeant. Deinde volo ambas Camerarius: V. uolamabas, D. clamabas, P. si vis (p. vos) clama has. Deinde P. Agorastocli tribuit Nisi piget consistite. 1202. A. inimicus non sit. Inde scr. non inimicus sit. D. P. inimicus non est.

76

(V, 4, 44-55)

POENULUS.

ADELPHASIUM.

Pol istum málim, quam malúm.

AGORASTOCLES.

Siquidem amícitia est habénda, cum hoc habénda est.

ADELPHASIUM.

Hau negó. (45)

AGORASTOCLES.

1205 Multa bóna volt vobis fácere.

ADELPHASIUM.

Bonus bonís benefecerít.

HANNO.

Gaudio éro vobis,

ADELPHASIUM.

At édepol nos volúptati tibí.

Hanno.

Leibertátique.

ADELPHASIUM.

Isto prétio tuas nos fácile fecerís. Agobastocles.

Patrue mí, ita me di amábunt, ut ego, sí sim Iuppitér, Iam hercle illánce uxorem dúcam et Iunonem éxtrudam forás. (50)

1210 Ut pudice verba fécit, cogitate et commodé!

Ut modéste orationem praebuit! certo haec mea ést.

HANNO.

Sed ut astú sum adgressus ád eas!

AGORASTOCLES.

Lepide hercle átque commodé.

Hanno.

Pergo etiám tentare?

AGORASTOCLES.

In paúca confer: sítiunt, qui hic sedént.

Hanno.

Quid istic? quód faciundum est, cúr non agimus? ín ius vos vocó. (55)

1204. D. P. habendum est. Deinde hau A. Denique codd. cum A. omnes precor: scr. nego. 1205. uolt uobis facere A. solus: ceteri vobis facere volt. Deinde benefecerit Acidalius: codd. benefeceris. 1207. leibertatique A. 1208. A. me ita dei p. mi ita me di. 1209. illance Bothius: codd. ego illam. 1211. A. meast. 1212. D. P. omm. ad. V. commodo. 1213. D. Perge — temptaret, P. tentarem. A. persona Agorastoclis omissa: qui sedent, D. quae sedent, P. quid sident: scr. qui hic sedent. 1214. A. faciundumst. D. P. inlisos p. in ius vos. Deinde codd. cum A. omnes volo p. voco.

PLAUTI

AGORASTOCLES.

1215 Nunc, patrue, tú fragi bonae és. vin hanc ego ádprendam? Hanno.

Tené.

ADELPHASIUM.

An patruos ést, Agorastoclés, tuos hic? Agorastocles.

Iam fáxo scibis.

Nunc ego pol te úlciscar probé, nam faxo erís mea sponsa. Hanno.

Ite in ius: né moramini.

AGOBASTOCLES.

Antestare me átque duce. HANNO.

Ego te antestábor.

AGORASTOCLES.

Postea hánc amabo atque ámplexabo. (60)

Sed illuc quod volui,

ADELPHASIUM.

Deice.

AGORASTOCLES.

Immo hércle dixi, quód volebam.

HANNO.

Moramini: in ius vos vocó, nisi honestiúst prehendi. Adelphasium.

Quid in ius vocás nos? quid tibl debemus?

AGORASTOCLES.

Dice tu illi.

ADELPHASIUM.

Etiam me méae latrant canés?

1215. Nunc patrue tu frugi bonae es A. solus, qui haec omnia Agorastocli tribuit: codd. ceteri Agor. Nunc tene patrue. Ha. Tu frugi si bonae es. Deinde A. vin hanc ego adprehendam. Tene. D. P. vin ego hanc adprehendam, om. Tene. 1216. D. haec p. hic. V. scibus. 1217. ego pol — eris mea A. solus: oeteri pol ego — mea eris. 1218. P. uis p. ins. D. P. totum versum dant Hannoni, extrema Weisius tribuit Agorastocli. A. antetarae p. antestare. 1219. codd. totum versum dant Agorastocli, equidem verba tria priora Hannoni. 1220. V. quid p. quod. Deinde A. qui cum codd. ceteris totum versum Agorastocli tribuit, deicere, D. P. dicere, V. dece. Inde Bothius Adelph. Dice. Denique hercle dixi A. solus: ceteri dixi hercle. 1221. D. P. voco uos. 1222. D. dicet p. dice tu, P. dice. 1228. A. om. me. P. Etiamne me. Adelph. adlatrant canes — alludito.

(V, 4, 64-77)

POENULUS.

AGORASTOCLES.

Dato mihi pro óffa saviúm, pro osse línguam obiicito.

1225

HANNO.

Ite in ius.

ADELPHASIUM. Quíd nos fecimús tibi?

Ita hanc caném faciam tibi oleo tranquílliorem.

Hanno.

Fures éstis ambae.

At tu hercle adládiato.

ADELPHASIUM.

Nos tibi?

HANNO.

Vos, inquam.

AGORASTOCLES.

Atque ego sció.

ADELPHASIUM.

Quid id furti est?

AGORASTOCLES.

Húnc rogato.

HANNO.

Quia annos múltos feiliás meas celavístis clam me, Atque equidem ingénuas, leiberás summoque génere gnatas. (70)

ADELPHASIUM.

1230 Nunquam mecástor reperiés tu istuc probrúm penes nos.

AGORASTOCLES.

Da pignus, ní nunc peierés, in savium, úter utri det.

ADELPHASIUM.

Nil tecum ago: ábscede, obsecró.

AGORASTOCLES.

Atqui hercle mécum agendum est.

Nam hic patruos méus est: pro hoc mihí patronus sím necessust. Ei praedicábo, quomodó vos furta fácitis multa (75) Quoque modo huiúsce filiás apud vos habétis servas.

1235

Quas vos ex pátria liberás surruptas ésse scitis.

1224. D. obicito. Ceterum hiatum in hoc versu duplicem non sollicito. 1226. codd. ceteri Ite siitis (i. e. Ite si ius), P. Ite scitis: scr. Ite in ius. 1227. codd. Nosne: scr. Nos. Deinde est P.: D. estis. Nunc rogato. 1228. feilias A. 1229. leiberas A. 1231. A. om. Da. P. ne p. ni. Deinde peieres Bothius: codd. periures, nisi quod D. peruires. Denique P. Poen. Uter irridet p. uter utri det. 1232. codd. Atque: scr. Atqui. 1233. codd. necesse est: scr. necessust. cf. Lachm. ad Lucr. p. 397. 1234. V. I. D. P. Et. Deinde facitis Hermannus: codd. faciatis. 1235. codd. cum A. omnes huius p. huiusce. D. habeatis.

(65)

PLAUTI

(V, 4, 78-91)

ADELPHASIUM.

Ubi sunt hae aut quaé sunt? obsecró. Agorastocles.

Satis hae sunt máceratae.

HANNO.

Quin eloquár?

AGORASTOCLES.

Sic censeo hércle, patrue. ADELPHASIUM.

Misera timeo,

Quid hoc sit negóti, mea sorór: ita stupida síne animo adsto. (80) HANNO.

Advortite ánimum, mulierés: primum, si id fieri posset, Ne indigna indígnis di darént, id ego evenísset vellem: Nunc quod boní mihi di danúnt, vobis vostraéque matri, Eius dis est aéquom gratiás nos agere sémpiternas, Cum nostram píetatem adprobánt decorantque dí immortales. (85)

Vos meae estis ámbae filiaé et hic est cognátus voster,

Huiusce frátris filiús Agorastoclés.

ADELPHASIUM.

Amabo,

Num hi falso obléctant gaudió nos?

AGORASTOCLES.

At ita mé di servent,

Ut hic pater est vóster. Date manús.

ADELPHASIUM.

Salve insperáte nobis

Pater et complécti nos siné.

ANTERASTILIS.

Cupite atque éxspectate

(90)

1250

Pater, salve: ámbae filiaé sumus: amplectámur ambae.

1237, hae P. solus: ceteri eae. Deinde A. qua p. quae, D. P. quas p. quae sunt. Denique Satis hae sunt maceratae A. solus: D. P. satis immaceratae. 1238. A. Quoi p. Quin. Deinde cum lacuna: eloquar ..., censeo. Inde sor, sic censeo. Denique hercle.. patrue. D. P. ergo p. hercle. 1240. posset Bothius: codd. possit. 1241. euenisset A. solus: ceteri euenire. 1242. P. dii mihi. Deinde danunt A. V.: D. danint, P. dant. Denique A. uestraeque. 1243. codd. Eas: scr. Eius. 1244. A. dei. 1245. P. om. est. A. uester. 1246. P. filium. D. P. omm. Agorastocles. 1247. D. P. objectant. Deinde codd. cum A. omnes me ita: scr. ita me. Denique A. dei. 1248. D. insperato. 1249. et complecti Bothius: V. D. ecomplecti, P. pater. Poe. Complecti. Deinde V. nos sene, P. nosne. Denique personam Anterastilis interposuit Bothius. D. P. totum versum dant Adelphasio. 1250, D. sunt p. sumus.

1240

(V, 4, 92-103)

AGORASTOCLES.

Quis me amplectétur posteá?

Hanno.

Nunc ego sum fórtunatus. Multorum annórum miseriás hac nunc voluptáte sedo.

ADELPHASIUM.

Vix hoc vidémur crederé.

HANNO.

Magis qui credátis dicam.

Nam nutrix prímum vostra mé cognovit. ADELPHASIUM.

. Ubi ea, amabo, est? (95)

1255 Apud hunc est.

AGORASTOCLES.

HANNO.

Quaéso, qui lubét tam diu tenére collum? Omitte sáltem tu alterá.

ADELPHASIUM.

Nolo ego istuc: énicas me.

(98)

Priusquam te mihi desponderit!

ADELPHASIUM.

AGORASTOCLES.

Mitto: speráte, salve.

(97)

Condamus álter alteram érgo in nervom bráchialem. Quibus nunc in térra melius ést?

AGORASTOCLES.

· HANNO.

Eveniunt dígna dignis. (100)

1260

Tandem huic cupitum contigit. O Apella, o Zeúxis pictor, Cur estis número mortui? hóc exemplum ut pingeretis! Nam alios pictóres nihil morór huiusmodi tractáre exempla.

1252. codd. nunc hac: scr. hac nunc. D. sedeo. 1253. videmur P.: D. uideamur. 1254. nutrix primum vostra me Bothius: codd. uostra nutrix primum me, nisi quod D. nostra. Deinde V. a m. pr. ibi amabo, post supra lineam ibi eamabo. D. P. ubi amabo. 1255. D. nunc. v. 1256 in codd. praeter A. omnibus commutatus est cum sequente. Omitte saltem tu altera A. qui deinde personam Adelphasii omittit. D. P. Omitte saltem tua litera, nisi quod D. salte, V. omitte salute tua ut. D. P. enicam p. enicas me. 1257. D. Omitto. P. Agor. Omitte. A delph. Sperate salve. 1258. codd. alterum: scr. alteram. 1259. P. terram. A. meliust. 1260. P. Poen. Tandem huic cupitum contigit. Deinde A. Oh Apella, D. azeuxis p. o Zeuxis. 1261. A. qur. Deinde codd. ceteri cum Fest. p. 170 numero estis, P. nunc estis: scr. estis numero. Denique A. et Festus hoc exemplo, ceteri hic exemplum: scr. hoc exemplum. 1262. V. pinctores.

HANNO.

Di deaeque ómnes, vobis hábeo merito mágnam gratiám,

Cum hac me laétitia adfecístis tanta et tántis gaudiís, 1265 Ut meae gnátae ad me redírent in potéstatem meám. (105)

· ADELPHASIUM.

Mi patér, tua pietas pláne nohis aúxilio fuít.

AGORASTOCLES.

Patrue, fácito in memoria hábeas, tuam maiórem filiám Mihi te déspondisse,

Hanno.

Mémini.

AGOBASTOCLES.

Et dotis quíd promiserís.

Anthemonides. Adelphasium. Anterastilis. Hanno. Agorastocles.

ANTHEMONIDES.

Si ego minám non ultus fúero probe, quam lénoni dedí, 1270 Tum profécto me sibi hábeant scurrae lúdificatuí.

Is etiám me ad prandium ád se adduxit ignavissumús: Foras ipse ábiit, me relíquit pro atriénsi in aedibús, Ubi nec léno neque illae rédeunt nec quod edím quidquam datúr. (5) Pro maióre parte prándi pignus cépi, abii forás.

1275 Sic dedero: árte militári tetigeró lenunculúm.

Nactus ést hominem, miná quem argenti círcumducerét.

Sed mea amíca nunc iráto mi obviám veniat velím.

Iam pol ego illam pugnis tótam faciam utí sit meruleá. (10) Ita replévero atritáte, atratiór multo ut siét,

1280 Quam Aegyptíni, qui cortínam ludis pér circum ferúnt.

1263. codd. magnas gratias. 1264. lactitia adfecistis (tanta et tantis) A. solus: ceteri lactitia tanta et tantis adfecistis, nisi quod V. tam p. tanta. 1267. memoria A. solus: ceteri memoriam. 1168. A. totum versum dat Agorastocli, P. Poen. Memini et dotis quod promiserim.

1270. habeant P.: D. habeanto. Deinde ludificatui Camerarius: D. ludificiscaui, P. ludificum. 1271. P. om. Is. V. abduxit. 1272. codd. Ipse abiit foras: scr. Foras ipse abiit. cf. animadv. ad Trin. v. 824 p. 181. 1273. P. edam. 1274. pro maiore A. solus: V. prom more, D. pro more, P. promere. Deinde D. coepi, P. cepit abiit. 1275. D. P. aerem. Inde scr. arte: A. et Prisc. III. p. 109 ed. Hertz e. D. lemnunculum. 1276. D. nanctus. D. P. minaque p. mina quem. 1277. codd. mihi irato: scr. irato mi. D. uenit, P. venire. 1278. uti Bothius: codd. ut. Deinde merulea A. D.: P. merula. 1279. codd. cum A. omnes replebo: scr. replevero. Deinde A. ATR... OR. Inde scr. atratior: codd. ceteri atrior, nisi quod D. acrior. 1280. A. Aegyptine. Inde scr. Aegyptini. Paul.

(V, 5, 13-31)

POENULUS.

ADELPHASIUM.

Tene sis me árcte, mea volúptas: male ego métuo miluós. Mala illa béstia est, ne fórte me auferát pullum tuóm.

ANTERASTILIS.

Ut nequeó te satis complécti, mi patér!

ANTHEMONIDES.

Ego me morór.

Propemodúm iam hoc obsonáre prandiúm potero mihí. 1285 Sed hoc quid ést? quid est? quid hóc est? quid ego vídeo? quomodó? Quid hoc est cónduplicatiónis? quae haec est cóngeminatió? Quis hic homo ést cum tunicis lóngis quasi puér cauponiús? • Satin ego óculis cerno? estne illaec mea amica Anterastilís? (20) Et ea est cérto. iampridem égo me sensi níhili pendiér. 1290 Non pudét puellam amplexárei baiolum ín media viá?

Iam hercle ego íllunc excruciándum totum cárnufici dabó. Sane génus hoc muliebrósum est tunicis démissiciís.

> Sed adire cértum est hanc amátricem Africám. Heus tu, tibi díco, mulier: écquid te pudét? Quid tibi negóti est autem cum ístac? dic mihí.

Hanno.

Adulescens, sálve.

ANTHEMONIDES.

Nolo: níhil ad me adtinét.

Quid hanc tibi dígito tactio ést?

HANNO.

Quia mihi lubét.

Lubet?

HANNO.

ANTHEMONIDES.

Ita díco.

ANTHEMONIDES.

Alecula, i in malam crucém.

Tune hic amátor esse avés, talax virí?

p. 28. Aegyptinos Aethiopas. D. aegigipti aut, P. Aegypti aut. Deinde D. fuerunt, 1281. A. D. arte, P. ad te. 1283. P. om. personam Anterastilis. D. P. satis te. A. compecti. 1284. codd omm. iam, quod addidi. 1285. codd. cum A. omnes sed quid hoc est? scr. sed hoc quid est? Deinde quid est A. solus: D. quid hoc? P. quid hoc est? 1288. D. anterastris. 1289. est certo A. P.: D. esterco. 1290. amplexarei A. Deinde D. baliolum in uia media. 1291. illunc Bothium: codd. illum. 1293. hanc amatricem A.: D. P. hanc ad amatricem. 1294. D. etquid. 1295. A. negotium est autem: ceteri negotii autem est. scr. negoti est autem. P. istoc. 1296. me P. solus: ceteri te. 1297. hanc tibi Bothius: codd. tibi hanc. 1298. V. legula. Inde scr. alecula: ceteri cum A. ligula. Deinde D. om. i, A. om. in. 1299. D. P. omm. hic. Deinde codd. cum A. omnes 6*

(15)

1295

(30)

(25)

.84	PLAUTI (V, 5, 32–	-51)
1300	Aut contrectáre, quod marés homines amánt? Deglupta maéna, salicis séminariúm, Amans tractábilis <i>dyoqãs</i> , tum aútem pleniór Alli ulpicíque quam románi remigés. AGOBASTOCLES.	(85)
1305	Num tibi, aduléscens, malae aut déntes pruriúnt, Qui huic es moléstus, an malám rem quaeritás? ANTHEMONIDES.	
_	Quin adhibuísti, dum istaec lóquere, tympanúm? Nam te cinaédum esse arbitrór magis, quam virúm. Agorastocles.	
•	Scin, quam cinaédus sum? ite: istínc, servi, forás Ecferte fústis.	(40)
	ANTHEMONIDES.	
1910	Heus tu, sí quid per iocúm	
1310	Dixi, nolíto in seriúm convorteré.	
	ANTERASTILIS. Quid tibi lubido est, obsecro, Anthemonidés,	
	Loqui incleménter nostro cógnato et patrí?	
	Nam hic noster påter est, hic nos cógnovit modó	(45)
	Et hunc sui frátris filium.	. ,
	ANTHEMONIDES.	
	Ita me Iuppitér	
1315	Bene amet, bene fáctum! gaudeo ét volupe est mihí,	
	Siquidem quid lénoni obtigit magni mali,	
	Cumque e virtúte vobis fórtuna obtigít.	
	ANTERASTILIS. Credibile ecástor dicit: créde huic, mi patér.	`(50)
	HANNO.	`(50)
	Credo.	

loquereris. Denique D. timpanum, P. te tyrannum. 1307. A. cinaedu esse. 1309. P. Et ferte, A. fuistis. 1310. P. serum. A. D. conuertere, 1311. V. P. es, D. est, eraso t_r quod A. prorsus omittit. Deinde D. Antomonodes, P. Antamenides. 1316. D. P. omm. quid. Deinde D. optigit, P. magnum malum. 1817. P. om. e - nobis.

•

١

(V, 5, 51-6, 7)

POENULUS.

AGORASTOCLES. Et ego crédo. Séd eccum lénonem Lycúm, Bonum virum, éllum video: sé recipit domúm. (52)Rapiamus in ius. (56) HANNO.

Minume.

AGORASTOCLES.

Quápropter?

HANNO.

Quiá

Iniuriárum multam indíci satius ést.

LYCUS. AGORASTOCLES. HANNO. ANTHEMONIDES. -

LYCUS.

Decipitur némo, mea quidém sententiá,

Qui suis amícis narrat rés recte suás,

Nam omnibus amícis meis idem únum convenít,

Ut me suspéndam, ne addicár Agorastocleí.

AGORASTOCLES.

Leno. eamus in ius.

LYCUS.

Obsecró te, Agorastoclés,

Suspendere út me liceat.

HANNO.

In ius te vocó.

LYCUS.

Quid tibi mecum aútem?

v. 1319 et 1320 exstant tantum in codd. serioribus, qui v. 1320 eccum exhibent p. ellum. Pro iis A. substituit versus tres hoc modo:

SEDECCUMLENONEMNEMIN. I

EO

LI D . . ISCUM `S U UISKI.

TUN

quae, cum de litteris dissociatis valde anceps indicium sit, fortasse sic redintegrari possunt:

Sed eccum lenonem, neminem lubentius

Hic video, qui surum meum tuis cum feiliis

Furatust: bonus vir se recipit domum. Hann. Quis? hic?

Deinde sequentur in codd. ceteris v. 12-14 scenae suffectae, quos om. A. Varias lectiones igitur suo loco referam. 1321. in ius A.: D. P. intus. 1322. D. P. multo induci. Scioppius multam, Douza indici.

1323. D. P. quidem mea. 1324. codd. recte res: scr. res recte. 1325. D. iddem unum, P. id demum. 1326. D. addicare. Deinde Agorastoclei A. 1327. P. intus. 1328. codd. leno in ius te voco. Delevit leno Bothius.

1325

1320

85

(5)

PLAUTI

HANNO.

1330

Quia hasce adfirmo liberás Ingenuasque ésse filiás ambas meás,

Quae sunt surrúptae cum nutrice parvolaé.

Lycus.

Iampridem equidem ístue scivi et míratus fui, Neminem veníre, qui istas ádsereret manú. Meae quidem profécto non sunt.

ANTHEMONIDES.

LYCUS.

Léno, in ius eás.

1335

1340

AGORASTOCLES.

Duplam pro fúrto mi opus est.

De prandió tu dicis: débetur, dabó.

LYCUS.

Súme hinc guidlubét.

Súme hinc quidlubét.

Hanno.

Et mihi suppliciis multis.

LYCUS.

(15)

(20)

Collo rem sólvam iam omnibús quasi baiolús.

AGORASTOCLES.

Numquid recúsas contra mo?

LYCUS.

Haúd verbum quidém.

AGORASTOCLES.

Ite igitur intro, mulierés. sed patrue mí,

Tuam, ut dixísti, mihi despónde filiám.

Hanno.

Haud aliter aúsim.

ANTHEMONIDES.

Bene vale.

AGORASTOCLES.

Et tu bene valé.

1329. V. hasce moliberas. Inde scr. hasce adfirmo liberas. D. P. hasce modo liberas. 1331. D. Te p. Quae. 1332. V. om. equidem. 1333. D. manum. 1336. D. proferto. Deinde quidlubet Acidalius: codd. quidem. 1337. A. om. personam Lyci. Post hunc versum in codd. ceteris sequentur hace: An. Et mihi quidem minam (D. minimam) argenti. Ly. Sume hinc quid lubet, quae om. A. 1338. D. P. Colorem. 1339. P. om. personam Agorastoclis. Deinde Haud verbum Turnebus: A. uno tenore: contra me haud uerbum, D. contra me. Aduersum, P. contra me. Ly. Aduersum. 1340. D. mihi p. mi. 1341. A. dixti. 1242. A. alias.

(10)

(V, 6, 22-34)

Fiat.

POENULUS.

ANTHEMONIDES.

Leno, arrabónem hunc pro miná mecum feró. Lycus.

Perii hercle!

AGORASTOCLES.

Immo haúd multo post, cúm in ius venerís.

LYCUS.

1345

Quin egomet tíbi me addico. quíd praetore opúst? Verum obsecró te, ut liceat símplum solveré, Trecentos Phílippos: credo, cónradi potést: Cras auctiónem faciam.

AGORASTOCLES.

Tántisper quidém,

Ut sis apúd me lignea in custodiá.

LYCUS.

1350

AGORASTOCLES.

Sequere intro, patrue, ut húnc festum diém Habeamus hílarem, huius malo ét nostro bonó. Multum valéte: multa vérba fecimús. Malum postrémo hoc omne ad lénonem redit. Nunc quod postrémum est condiméntum fabulaé, Si placuit, plaúsum postulát comoediá.

1343. codd. hoc: scr. hune. 1344 codd. cum A. omnes omm. cum. Addiderunt Douza filius et Pistoris. 1345. A. egonet. 1349. P. igne p. lignea. 1350. P. om. personam Lyci. Deinde A., ut videtur, patrue mi ut, ceteri patrue mi ut hunc: scr. patrue ut hunc. 1351. D. habemus, A. ilarem. 1353. D. P. omm. hoc. A. posttro omne ad lenonem hoc cedit. P. rediit. 1354. P. Num.

(25)

(30)

Agorastocles. Lycus. Hanno. Adelphasium. Anterastilis. Anthemonides.

AGORASTOCLES.

Quam rem agis, miles? qui lubét patruo meó Loqui incleménter? Ne mirére, mulierés Quod eum sequúntur: modo cognóvit filiás Suas esse hasce ámbas.

Lycus.

Em, quod vérbum aures meás

Tetigit? Nunc périi! Unde haece périerunt domó?

AGORASTOCLES.

Carthaginiénses sunt.

'Lycus.

At égo sum perditús. Illuc ego métuei semper, né cognoscerét Eas aliquis, quód nunc factum est. Vaé misero mihí! Periere, opinor, duodeviginti minaé, Qui hasce emi.

1365

1360

AGORASTOCLES.

Et tute ipse périisti, Lycé. Hanno.

Quis hic est?

AGORASTOCLES.

Utrúmvis est vel léno vel Lycús.

In servitúte hic filiás habuit tuás

Et mi auri für est.

HANNO.

Bellum hominém quem noveris!

AGORASTOCLES.

1970

Verum etiam fúracem, qui nóverunt magis.

Leno, rapácem te esse sémper credidi,

P., qui personarum nomina exhibet solus, Antamenides miles. 1356. agis 1357. D. meminere A. solus: D. agitis, P. agit is. Deinde A. libet, P. iubet. 1359. D. P. hasce esse. P. 1358. A. sequntur, D. secuntur. p. ne mirere. 1360. haece Bothius: A. haec, D. P. amissas p. ambas. Deinde D. P. auris. hae. 1361. A. Carthaginenses. 1362. Illuc A. D.: P. Illud. Deinde metuei A. 1365. tute ipse A.: codd. ceteri tu ipse. 1363. P. om. Eas. A. factumst. Post hunc versum in codd. omnibus repetitur v. 1361, A. D. peristi. v. 1366 - 68 exstant in codd, praeter' A. omnibus quem delevit Bothius. etiam supra post v. 1320. Ibi D. utrumuis et leno, P. om. Agorastoclis persona: utrum est leno. Hic autem codd. ambo utrumuis est nouelle nquellicus, nisi quod P. utrum is. In versu sequente ibi D. habuit filias tuas, P. Agor. habuit duas filias tuas, hic D. filias habuit mias, correctum in tuas, P. qui filias habuit duas. In versu tertio ibi D. P. mihi hic auri, hic V. aurifor - quem ueris. 1370. codd. norunt: scr. noverunt.

(5)

(10)

(15)

POENULUS.

LYCUS.

Accedam. Pér ego te tua génua oro, obsecró,
Et hunc, cognátum quem tuom ésse intellegó:
Quando boni éstis, ut bonós facere addecét,
Ita facite et vóstro subveniátis supplicí!
Iampridem equidem ístas esse scívi liberás
Et exspectábam, si quis ássereret manú,
Nam meae eae prórsus non sunt, tum autem aurum tuóm
Reddam, quod ápud me est, et iusiúrandum dabó,
Me malitióse nil fecisse, Agorastoclés.
AGORASTOCLES.

1380

1375

Quod mihi par fácere sit, mecum égomet consulám. Omitte génua.

> Lycus. Mitto, si ita sententia ést. Agorastocles.

Heus tu, léno.

Lycus.

Quid lenónem vis inter negotium?

AGOBASTOCLES,

Ut iamiám mi argentum réddas, priusquam in nérvom abduceré.

LYCUS.

Di melióra faxint!

AGORASTOCLES.

Sicut video, cénabis foris.

1385 Aurum, argéntum, collum, léno, tris res núnc debes semúl.

HANNO.

Quid me in hác re facere déceat, egomet mécum cogitó. Si volo húnc ulcisci, lítis sequar in álieno oppidó, Quantum audívi ingenium et móres eius quó pacto siént.

ADELPHASIUM.

Mi patér, ne quid tibi cúm istoc rei siét, amasso, obsecró.

ANTERASTILIS.

1390 Auscultá sorori: abi, dísiunge inimicítias cum improbó.

HANNO.

Hoe age sis, leno. Quamquam égo te meruisse, út pereas, sció, Non expériar tecum.

1371. codd. te tua te genua obsecro. Deleto ab aliis te addidi oro. 1374. codd. omm. Ita, quod addidi. 1375. esse scivi Bothius: codd. scivi esse. 1376. P. Ut p. Et. Deinde D. si qui eas, P. si quis eas. Delevi eas. D. manum. 1377. codd. omm. eae, quod addidi. Deinde D. prosum, P. prohorsus. 1380. D. sit cum egomet. Inde scr. sit mecum egomet. P. sit tamen egomet. 1383. codd. Utinam: scr. Ut iamiam. 1384. codd. sic est: sor. sicut. 1385. D. re p. res, P. te. Deinde semul D. P.: V. semel. 1386. codd. omm. in, quod addidi. 1887. V. Sic. 1388. V. D. quod p. quo. 1389. D. Ni p. Mi. D. ac massum. Inde scr. amasso. P. te maxume. 1390. D. diiunge.

.89

(20)

(25)

(30)

(35)

PLAUTI

AGORASTOCLES.

Néque ego, si aurum mihi reddes meum, Leno, quándo ex nervo emissus compingáre in carcerém.

LYCUS.

Iamne autem út soles? — Ego, Poéne, tibi me púrgatum voló, 1395 Si quid díxi iratus ádvorsum animi túi sententiám, Et ut ignóscas quaeso et cúm istas invenisti filiás.

Ita me di ament, id mihi volupe est.

HANNO.

Credo et ignosco tibi.

Anthemonides.

Leno, tu aut amicam mihi des aut auri reddas minám.

Lycus.

Vin tibicinam meam habére?

ANTHEMONIDES.

Nil morór tibicinám,

1400 Nesciás, utrum ei maióres buccaene án mammae siént.

(45)

(40)

Dabo, quod pláceat.

AGORASTOCLES.

LYCUS.

Curato.

Lycus.

Aúrum cras ad té referam tuóm.

AGORASTOCLES.

Facito in mémoria habeas.

Lycus.

Miles, sequere me.

ANTHEMONIDES.

Ego vero sequór.

AGORASTOCLES.

Quid ais, pátrue? quando hinc ire cogitás Carthaginém? Nam tecum úna me ire cértum est.

1392. P. om. ego. D. si me aurum reddes. 1394. codd. Iam: scr. Iamne. Deinde soles P.: D. solet. Denique D. pugnatum. 1395. D. adnersum. 1397. codd. mihi uoluptatis est: scr. id mihi volupe est. Deinde codd. ignosco et credo: scr. credo et ignosco. 1398. codd. tu autem p. tu aut. Deinde codd. des facito aut auri mihi reddas minam, nisi quod P. omnia p. minam. Delevi facito et mihi. 1400. V. eim mores, D. ei mores — amammae p. an mammae. 1401. D. q. p. quod. Deinde codd. cura: scr. curato. Denique cras ad te P. solus: V. D. crassa te. 1402. D. Facto. POENULUS.

HANNO. Ubi primúm potero: ilicó.

AGORASTOCLES.

1405 Dum auctionem facio, hic opus est aliquos út maneas diés.

HANNO.

Faciam ita út vis.

•

AGORASTOCLES.

Age sis eamus nos: curémus. Plaudité.

1405. A. om. hic. D. aliquod.

(50)

•

•


and the second sec

. . .

, .

.

.



• .

• .

.

